καὶ ἔστησαν αὐτοὺς ἐπὶ τῆ στάσει αὐτῶν.
12 ‡ καὶ πᾶς ἰούδας ἤνεγκαν δεκάτην τοῦ πυροῦ καὶ τοῦ
οἴνου καὶ τοῦ ἐλαίου εἰς θησαυρούς.
13 ‡ καὶ ἐνεκλάμην ἐπὶ χεῖρα σελεμία ἱερέως, σα-
δὼκ γραμματέως, καὶ φαδαΐα ἀπὸ τῶν λευιτῶν. καὶ ἐπὶ
χεῖρα αὐτῶν ἀνὰν υἱὸς ζακχὲ υἱὸς ματθανίου, ὅτι πιστοὶ ἐ-
λογίσθησαν ἐπ' αὐτοὺς μερίζειν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῶν.
14 ‡ μνήσθητί μου ὁ θεὸς ἐν τούτῳ, καὶ μὴ ἐξαλειφθῇ
τὸ ἔλεός μου ὃ ἐποίησα ἐν οἴκῳ κυρίου καὶ θεοῦ μου καὶ ἐν
ταῖς φυλακαῖς αὐτοῦ.
15 ‡ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις εἶδον ἐν ἰούδᾳ πατοῦντας
ληνοὺς ἐν σαββάτῳ, καὶ φέροντας δράγματα καὶ ἐπ-
γεμίζοντας ἐπὶ τοὺς ὄνους, καὶ οἶνον, καὶ σταφυλὴ καὶ σῦ-
κα καὶ πᾶν βάσταγμα, καὶ φέροντας εἰς ἱερουσαλὴμ ἐν
ἡμέρᾳ σαββάτου. καὶ ἐπεμαρτυράμην ἐν ἡμέρᾳ πράσεως
16 αὐτῶν, ὅτι ἐπώλουν ἐπισιτισμόν ‡ καὶ οἱ τύριοι, καὶ ἐκάθισαν
ἐν αὐτῇ φέροντες ἰχθὺν καὶ πᾶσαν πρᾶσιν πωλοῦντες ἐν
τῷ σαββάτῳ τοῖς υἱοῖς ἰούδα καὶ ἐν ἱερουσαλήμ.
17 ‡ καὶ ἐνείσθην μετὰ τῶν ἐλευθέρων ἰούδα· καὶ εἶπα αὐ-
τοῖς, τίς ὁ λόγος οὗτος ὁ πονηρὸς ὃν ὑμεῖς ποιεῖτε; καὶ βε-
βηλοῦτε τὴν ἡμέραν τοῦ σαββάτου;
18 ‡ οὐχὶ οὕτως ἐποίησαν οἱ πατέρες ὑμῶν; καὶ ἤνεγκεν
ἐπ' αὐτοὺς ὁ θεὸς ἡμῶν καὶ ἐφ' ἡμᾶς πᾶν τὸ κακὸν τοῦ-
το καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν ταύτην, καὶ ὑμεῖς προσθέτε ὀργὴν
ἐπὶ ἰσραὴλ βεβηλῶσαι τὸ σάββατον.
19 ‡ καὶ ἐγένετο ἡνίκα κατέσησαν πύλαι ἐν ἱερουσαλὴμ
πρὸ τοῦ σαββάτου, καὶ εἶπα, καὶ ἐκλεισαν τὰς πύλας. καὶ εἶπα,
ὥστε μὴ ἀνοιγῆναι αὐτάς, ἕως ὀπίσω τοῦ σαββάτου. καὶ ἀπ
τῶν παιδαρίων μου ἔστησα ἐπὶ τὰς πύλας, ὥστε μὴ αἴρειν
βασάγματα ἐν ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου.
20 ‡ καὶ ηὐλίσθησαν πάντες οἱ μεταβολοι, καὶ ἐποίησαν
πρᾶσιν ἔξω ἱερουσαλὴμ ἅπαξ καὶ δίς.
21 ‡ καὶ διεμαρτυράμην αὐτοῖς, καὶ εἶπον πρὸς αὐτούς,
διατί ὑμεῖς αὐλίζεσθε ἀπέναντι τείχους; ἐὰν δευτερώ-
σητε, ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου ἐν ὑμῖν. ἀπὸ τοῦ καιροῦ ἐκεί-
νου οὐκ ἦλθον ἐν σαββάτῳ.
22 ‡ καὶ εἶπα τοῖς λευίταις οἱ ἦσαν καθαριζόμενοι, καὶ ἐρ-
χόμενοι φυλάσσοντες τὰς πύλας, ἁγιάζειν τὴν ἡμέραν
τοῦ σαββάτου. πρὸς ταῦτα μνήσθητί μου ὁ θεός μου, καὶ φεῖ-
σαί μου κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου.

23 * בַּיָּמִים הָהֵם רָאִיתִי אֶת־הַיְהוּדִים הֹשִׁיבוּ נָשִׁים אַשְ�dוֹדִיּוֹת עַמֹּנִיּוֹת מוֹאֲבִיּוֹת׃

24 * וּבְנֵיהֶם חֲצִי מְדַבֵּר אַשְׁדּוֹדִית וְאֵינָם מַבְירִים לְדַבֵּר יְהוּדִית וְכִלְשׁוֹן עַם וָעָם׃

25 * וָאָרִיב עִמָּם וָאֲקַלְלֵם וָאַכֶּה־מֵהֶם אֲנָשִׁים וָאֶמְרְטֵם וָאַשְׁבִּיעֵם בֵּאלֹהִים אִם־תִּתְּנוּ בְנֹתֵיכֶם לִבְנֵיהֶם וְאִם־תִּשְׂאוּ מִבְּנֹתֵיהֶם לִבְנֵיכֶם וְלָכֶם׃

26 * הֲלוֹא עַל־אֵלֶּה חָטָא־שְׁלֹמֹה מֶלֶךְ־יִשְׂרָאֵל וּבַגּוֹיִם הָרַבִּים לֹא־הָיָה מֶלֶךְ בְּמֹהוּ וְאָהוּב לֵאלֹהָיו הָיָה וַיִּתְּנֵהוּ אֱלֹהִים מֶלֶךְ עַל־כָּל־יִשְׂרָאֵל גַּם־אוֹתוֹ הֶחֱטִיאוּ הַנָּשִׁים הַנָּכְרִיּוֹת׃

27 * וְלָכֶם הֲנִשְׁמַע לַעֲשׂוֹת אֵת כָּל־הָרָעָה הַגְּדוֹלָה הַזֹּאת לִמְעֹל בֵּאלֹהֵינוּ לְהוֹשִׁיב נָשִׁים נָכְרִיּוֹת׃

28 * וּמִבְּנֵי יוֹיָדָע בֶּן־אֶלְיָשִׁיב הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל חָתָן לְסַנְבַלַּט הַחֹרֹנִי וָאַבְרִיחֵהוּ מֵעָלָי׃

29 * זָכְרָה לָהֶם אֱלֹהַי עַל גֹּאֲלֵי הַכְּהֻנָּה וּבְרִית הַכְּהֻנָּה וְהַלְוִיִּם׃

30 * וְטִהַרְתִּים מִכָּל־נֵכָר וָאַעֲמִידָה מִשְׁמָרוֹת לַכֹּהֲנִים וְלַלְוִיִּם אִישׁ בִּמְלַאכְתּוֹ׃

31 * וְלִקְרְבַן הָעֵצִים בְּעִתִּים מְזֻמָּנוֹת וְלַבִּכּוּרִים זָכְרָה־לִּי אֱלֹהַי לְטוֹבָה׃

23 * Sed & in diebus illis vidi Iudæos du-
D centes vxores Azotidas, Ammonitidas, &
Moabitidas.

24 * Et filij eorum ex media parte loque-
bantur Azoticè, & nesciebant loqui Iu-
daicè: & loquebantur iuxta linguam po-
puli & populi.

25 * Et obiurgaui eos & maledixi. & ceci-
di ex eis viros, & decaluaui eos, & adiura-
ui in Deo, vt non darét filias suas filiis eo-
rum, & non acciperent de filiabus eorum
filiis suis, & sibimetipsis, dicens:

26 * Nunquid non in huiuscemodi re pec
cauit Salomon rex Israel? & certè in gen-
tibus multis non erat rex similis ei, & di-
lectus Deo suo erat, & posuit eum Deus
regem super omnem Israel. Et ipsum ergo
duxerunt ad peccatū mulieres alienigenę.

27 * Nunquid & nos inobedientes facie-
mus omne malum grande hoc, vt præua-
ricemur in Deo nostro, & ducamus vxo-
res peregrinas?

28 * De filiis autem Ioiada filij Eliasib sa-
cerdotis magni, gener erat Sanaballath
Horonitis, quem fugaui à me.

29 * Recordare Domine Deus meus ad-
uersum eos qui polluunt Sacerdotiū, iusque Sacerdotale & Leuiticum.

30 * Igitur mundaui eos ab omnibus alie-
nigenis, & constitui ordines Sacerdotum
& Leuitarum vnumquemque in minister-
rio suo,

31 * Et in oblatione lignorum in tempo-
ribus constitutis, & in primitiis. Memen-
to mei Deus meus in bonum.

Interp. ex Græc. lxx. NEEMIAS. ΝΕΕΜΙΑΣ. μθ ἑρμηνεύσεις τῆς ο'.

* *Et in diebus illis vidi Iudæos qui duxe-* 23
runt vxores Azotidas, Ammanitidas, Mao-
bitidas:

* *Et filij eorum ex media parte loquuntur* 24
Azoticè, & non sunt cognoscentes loqui Iudai-
cè, sed iuxta linguam populi & populi.

* *Et pugnaui cum eis, & maledixi eis. &* 25
percussi in eis viros, & decalcaui eos, & ad-
iurauí eos in Deo, Si dederitis filias vestras fi-
liis eorum, & si acceperitis de filiabus eorum
filiis vestris & sibiipsis.

* *Nunquid sic peccauit Salomon rex Israel?* 26
& in gentibus multis non erat similis ei rex, et
dilectus Deo erat: & dedit eum Deus in regem
super omnem Israel. & hunc inclinauerunt mu
lieres alienæ:

* *Et vos nunquid audierimus facere praui-* 27
tatem hanc? vt præuaricemur in Deo nostro,
& ducamus vxores alienas.

* *Et de filiis Ioiada filij Eliasib Sacerdotis* 28
magni gener Sanabalat Uranitæ, & fugaui
eum à me.

* *Recordare eorum Deus meus pro appro-* 29
pinquatione Sacerdotij, & testamenti Sacer-
dotum & Leuitarum.

* *Et mundaui eos ab omni alienatione; &* 30
constitui vices Sacerdotibus & Leuitis, vir
quemadmodum opus eius.

* *Et ad donum lignorum in temporibus à* 31
temporibus, & in primitiis memento mei Deus
noster in bonitatem.

23 * καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις εἶδον ἐγὼ Ἰουδαίους οἳ ἐκάθισαν γυναῖκας ἀζωτίας, ἀμμανίτιδας, μωαβίτιδας·

24 * καὶ ὁ υἱὸς αὐτῶν ἥμισυ λαλοῦσιν ἀζωτιστί, καὶ οὐκ εἰσὶν ἐπιγινώσκοντες λαλεῖν Ἰουδαϊστί, ἀλλὰ κατὰ γλῶσσαν

25 λαοῦ καὶ λαοῦ. * καὶ ἐμαχεσάμην μετ' αὐτῶν, καὶ κατηρασάμην αὐτούς. καὶ ἐπάταξα ἐν αὐτοῖς ἀνδρας, καὶ ἐμαδάρωσα αὐτούς, καὶ ὥρκισα αὐτοὺς ἐν τῷ θεῷ, λέγων· μὴ δῶτε τὰς θυγατέρας ὑμῶν τοῖς υἱοῖς αὐτῶν, καὶ εἰ λήψεσθε τῶν θυγατέρων αὐτῶν τοῖς υἱοῖς ὑμῶν καὶ ἑαυτοῖς.

26 * οὐχ' οὕτως ἥμαρτε Σολομὼν βασιλεὺς Ἰσραήλ; καὶ ἐν ἔθνεσι πολλοῖς οὐκ ἦν ὅμοιος αὐτῷ βασιλεύς, καὶ ἀγαπώμενος τῷ θεῷ αὐτοῦ. καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ὁ θεὸς εἰς βασιλέα ἐπὶ πάντα Ἰσραήλ. καὶ τοῦτον ἐξέκλιναν αἱ γυναῖκες

27 αἱ ἀλλότριαι. * καὶ ὑμῶν μὴ ἀκούσωμεν ποιῆσαι τὴν πονηρίαν ταύτην, ἀσυνθετῆσαι ἐν τῷ θεῷ ἡμῶν· καὶ καθίσαι γυναῖκας ἀλλοτρίας.

28 * καὶ ἀπὸ υἱῶν Ἰωαδὰ τοῦ Ἐλιασοὺβ τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου γαμβρὸς τοῦ Σαναβαλὰτ τοῦ Οὐρωνίτου, καὶ ἐξέβρασα αὐτὸν ἀπ' ἐμοῦ.

29 * μνήσθητι αὐτοῦ ὁ θεός μου ἐπὶ ἀγχιστείᾳ ἱερατείας, καὶ τῆς διαθήκης τῶν ἱερέων καὶ τῶν Λευιτῶν.

30 * καὶ ἐκαθάρισα αὐτοὺς ἀπὸ πάσης ἀλλοτριώσεως, καὶ ἔστησα ἐφημερίας τοῖς ἱερεῦσι καὶ τοῖς Λευίταις, ἀνὴρ ὡς τὸ ἔργον αὐτοῦ·

31 * καὶ εἰς τὸ δῶρον τῶν ξύλων ἐν καιροῖς ἀπὸ χρόνων, καὶ ἐν τοῖς πρωτογενήμασι μνήσθητί μου ὁ θεὸς ἡμῶν εἰς ἀγαθωσύνην.

FINIS LIBRI NEHEMIÆ.

EX REGIS CATHOLICI MANDATO
Benedictus Arias Montanus D. Th. recensuit & probauit.

B. Arias Montanus

תם ספר נחמיה

נקרא ומוגה עם רב עיון על ידי בנדיכטוס אריאש מונטנוס ממונה על המלאכה הזאת במצות פיליפוס מלך ספרד מלך טוב וירא האלהים על כל אשר הם קוראים בשם ישוע המשיח׃

ב א מ

LIBER ESDRAE TERTIVS.

CAP. I.

4.Re. 23.c. 21. 2.Par.35. a.1. ET fecit Ioſias Paſcha in Ieroſolymis Domino, & immolauit Pha- A
1 ſe quartadecima luna primi men
2 ſis, ‡ſtatuens ſacerdotes per vices
dierum ſtolis amictos in templo
Domini: ‡& dixit Leuitis ſacris
3 ſeruis Iſrael, vt ſanctificarent ſe Domino in poſi-
tione ſanctæ arcæ Domini, in domo, quam ædi-
ficauit Salomon filius Dauid rex. ‡ Non erit
4 vobis tollere ſuper humeros eam. Et nunc de-
ſeruite Domino veſtro, & curam agite gentis il-
lius Iſrael, ex parte ſecundùm pagos & tribus
noſtras * veſtras ‡ſecundùm ſcripturam Dauid regis If-
5 rael, & ſecundùum magnificentiam Salomonis
filij eius, omnes in templo, & ſecundùm particu-
lam principatus paternam veſtram eorum qui
ſtant in conſpectu fratrum filiorum Iſrael. ‡ Im-
6 molate Paſcha, & ſacrificia parate fratribus ve-
ſtris, & facite ſecundùm præceptum Domini
quod datum eſt Moyſi. ‡ Et donauit Ioſias in
7 plebem quæ inuenta eſt, ouium, agnorum, & B
hœdorum, & caprarum triginta millia, vitulos
tria millia. ‡ hæc de regalibus data ſunt ſecun-
8 dùm promiſſionem populo: & ſacerdotibus in
Paſcha, oues numero duo millia, ac vituli cen-
tum. ‡ Et Iechonias, & Semeias, & Nathanael
9 fratres, & Haſabias, & Oziel, & Coraba in Pha-
ſe, oues quinque millia, vitulos quingentos.
‡ Et hæc cùm fierent eleganter, ſteterunt ſa-
10 cerdotes & Leuitæ habentes azyma per tribus.
‡Et ſecundùm partes principatus patrum, in con-
11 ſpectu populi offerebant Domino, ſecundùm ea
quæ in libro Moyſi ſcripta ſunt: ‡& aſſauerunt
12 Phaſe igni prout oportebat: & hoſtias coxerunt
emolis. vt.1.reg. 7.f. in *emolis, & in ollis cum beneuolentia: ‡& at-
13 tulerunt omnibus qui erant ex plebe: & poſt hæc
parauerunt ſibi & ſacerdotibus. ‡Sacerdotes e-
14 nim offerebant adipes, vſque dum finita eſſet ho-
ra: & Leuitæ parauerunt ſibi, & fratribus ſuis, fi-
lijs Aaron. ‡Et ſacri cantores filij Aſaph erant per
15 ordinem ſecundùm præceptum Dauid, & Aſaph,
& Zacharias, & Ieddimus, qui erat à rege. ‡Et
16 oſtiarij per ſingulas ianuas, ita vt non præuarica- C
retur vnuſquiſque ſuam: fratres enim illorum pa
rauerunt illis. ‡Et cõſummata ſunt quæ pertine-
17 bant ad ſacrificium Domini. ‡In illa die egerunt
18 Phaſe, & offerebant hoſtias ſuper Domini ſacrifi-
cium, ſecundùm præceptum regis Ioſiæ. ‡Et ege-
19 runt filij Iſrael, qui inuenti ſunt in tempore illo,
Phaſe: & diem feſtum azymorum per dies ſeptẽ:
‡& non eſt celebratum Phaſe tale in Iſrael, à tem-
20 poribus Samuelis prophetæ: ‡& omnes reges
Iſrael non celebrauerunt tale Paſcha quale egit
Ioſias, & ſacerdotes, & Leuitæ, & Iudæi, & omnis
Iſrael, qui inuenti ſunt in commoratione Ieroſo-
21 lymis. ‡Octauo decimo anno, regnante Ioſia ce-
22 lebratum eſt Phaſe. ‡Et directa ſunt opera Ioſiæ
D in conſpectu Domini ſuiin corde pleno *metuen metuẽdi-
23 tis: ‡& quæ circa illum quidem conſcripta ſunt tia.9.
in priſtinis temporibus de eis qui peccauerunt,
quique irreligioſi fuerunt in Dominum præ om-
ni gente, & qui non quæſierunt verba Domini
24 ſuper Iſrael. ‡ *Et poſt omnem actum hunc Io- 4.re.23.f.
29.2.Pa.
ſiæ, aſcendit Pharao rex Ægypti, veniens in 35.c.20
Charcamis ab itinere ſuper Euphraten, & exijt
25 obuiam illi Ioſias. ‡Et miſit rex Ægypti ad Ioſiã,
26 dicens, Quid mihi & tibi eſt rex Iudæ? ‡Non
ſum miſſus à Domino vt pugnem contra te: ſuper
Euphraten enim bellum meum eſt, feſtinans de-
27 ſcende. ‡Et non eſt reuerſus Ioſias ſuper currum:
ſed expugnare eum conabatur, non attendens
28 verbum prophetæ ex ore Domini: ‡ſed conſti-
tuit ad eum bellum in campo Mageddo. Et de-
29 ſcenderunt principes ad regem Ioſiam. ‡Et dixit
rex pueris ſuis, Amouete me à prælio, infirmatus
ſum enim valde. Et ſtatim amouerunt eum pueri
30 ipſius de acie. ‡Et aſcendit ſuper currum ſecun-
darium ſuum: & perueniens Ieroſolymam, vita
functus eſt, & ſepultus eſt in paterno ſepulchro.
31 ‡Et in tota Iudæa lugebant Ioſiam: & qui præſi-
debant, cum vxoribus lamentabant eum vſque
in hunc diem. Et datum eſt hoc fieri ſemper in
32 omne genus Iſrael. ‡Hæc autem præſcripta ſunt
in libro hiſtoriarum regum Iudæ: & ſingula ge-
E ſta actus Ioſiæ, & eius gloria, & intellectus eius in
lege Domini: quæq; geſta ſunt ab eo, & quæ non 4.re.23.f.
33 ſcripta ſunt in libro regum Iſrael & Iudæ. ‡ *Et 30.2.Par.
36.2.1.
aſſumentes, qui erant ex gente, Iechoniam filium
Ioſiæ, conſtituerunt regem pro Ioſia patre ſuo,
34 cùm eſſet annorum trigintatrium. ‡Et regnauit
ſuper Iſrael menſibus tribus. Et amouit eum
35 rex Ægypti, ne regnaret in Ieroſolymis: ‡ &
mulctauit gentem argenti talenta centum, &
36 auri talentum vnum. ‡Et conſtituit rex Ægy-
pti Ioacim fratrem ipſius, regem Iudæ & Ie-
37 ruſalem: ‡ & alligauit magiſtratus Ioacim; &
Zaracelem fratrem ſuum, & apprehendens re-
38 duxit in Ægyptum. ‡ Annorum erat Ioacim
vigintiquinque, cùm regnare cœpiſſet in terra
Iuda & Ieruſalem: & fecit malum in conſpe-
39 ctu Domini. ‡ Poſt hunc autem aſcendit Nabu-
chodonoſor rex Babylonis, & alligans eum in
40

æreo vinculo, perduxit in Babyloniam: * & 41
ſacra vaſa Domini accepit Nabuchodonoſor, &
tulit & conſecrauit in templo ſuo in Babylonia.
* Nam de immunditia illius & irreligioſitate 42
ſcriptum eſt in libro temporum regum. * Et 43
regnauit Ioachin filius eius pro eo. Cùm autem F
(Octo. 9.) conſtitutus eſſet rex, erat annorum * decem &
octo'. * Regnauit autẽ menſes tres, & dies decem 44
in Ieruſalem, & fecit malum in conſpectu Domi-
ni: * & poſt annum mittens Nabuchodonoſor, 45
tranſmigrauit eum in Babyloniam ſimul cum ſa-
cris vaſis Domini. * Et conſtituit Sedeciam re- 46
gem Iuda, & Ieruſalem, cùm eſſet annorum vi-
ginti vnius: regnauit autem annis vndecim.
* Et fecit malum in conſpectu Domini, & non 47
(Iere. 37. a. 2.) eſt veritus à verbis * quæ dicta ſunt ab Ieremia
propheta ex ore Domini: * & adiuratus à rege 48
Nabuchodonoſor, periurans diſceſsit: & indu-
rata ceruice ſua, & corde ſuo, tranſgreſſus eſt le-
gitima Domini Dei Iſrael. * Et duces populi 49
Domini multa iniquè geſſerunt, & impiè ege-
runt ſuper omnes immunditias gentium: & pol-
luerunt templum Domini, quod ſanctum erat
in Ieroſolymis. * Et miſit Deus patrum ipſo- 50
rum per angelum ſuum reuocare eos, propter
quod parceret illis, & tabernaculo ſuo. * Ipſi 51
verò ſubſannabant in angelis ſuis: & qua die lo- G
cutus eſt Dominus, erant illudentes prophetis
eius. * Qui vſque ad iracundiam concitatus eſt 52
ſuper gentem ſuam propter irreligioſitatem ſuã,
& præcepit aſcendere reges Chaldæorum. * Hi 53
occiderunt iuuenes eorum in gladio, in circuitu
ſancti templi eorum, & non pepercerunt iuueni,
& ſeni, & virgini, & adoleſcenti: * ſed om- 54
nes traditi ſunt in manus ipſorum: & omnia ſa-
cra vaſa Domini, & regales apothecas reſumen-
tes, tulerunt in Babyloniam, * & incenderunt 55
domum Domini, & demolierunt muros Ieru-
ſalem: & turres eius incenderunt igne, * & con- 56
ſummauerunt omnia honorifica eius, & ad ni-
hilum redegerunt, & reliquos à gladio duxerunt
in Babylonem. * Et erant ſerui illius vſque 57
(Ier. 25. c. 12. & 29. c. 10. Dan. 9. b. 12.) dum regnarent Perſæ * in repletione verbi Do-
mini in ore Ieremiæ: * quouſque benignè age- 58
ret terra ſabbatha ſua, omni tempore deſertio-
nis ſuæ ſabbathizauit in applicatione annorum
(ſeptuaginta 9.) * ſeptuaginta ſeptem'.

CAP. II.

(2. Par. 36. d. 22. 2. Eſd. 1. a. 1. & 6. a. 3. Ieré. 25. c. 12. & 29. c. 10. Dan. 9. a. 3. 1. Eſd. 1. a. 17 & 1. 11. & 5. c. 2 41) REgnante Cyro rege Perſarum in conſumma- 1
tione verbi Domini in ore Ieremiæ, * ſu- A
ſcitauit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarum, 2
& prædicauit in toto regno ſuo ſimul per ſcrip-
turam, * dicens, Hæc dicit Cyrus rex Perſarum. 3
Me conſtituit regem orbi terrarum Dominus Iſ-
rael, Dominus excelſus, * & ſignificauit mi- 4
hi ædificare domum ſibi in Ieruſalem, quæ eſt
5 in Iudæa. * Si quis eſt ex genere veſtro, do-
minus ipſius aſcendat cum eo in Ieruſalem.
6 * Quotquot ergo circa loca habitant, adiuuent
7 eos qui ſunt in loco ipſo in auro & argento, * in
dationibus cum equis & iumentis, cumque alijs
quæ ſecundùm vota apponuntur in ædem Do-
8 mini quæ eſt in Ieruſalem. * Et ſtantes prin-
cipes tribuum, pagorum, & Iudææ ex tribu
Ben-iamin, & ſacerdotes, & Leuitæ, quos exci-
tauit Dominus aſcendere, & ædificare domum
Domini quæ eſt in Ieruſalem, & qui erant in cir-
9 cuitu eorum, * adiuuerunt in omni auro & ar-
gento eius, & iumentis, & votis compluribus
10 multi quorum ſenſus excitatus eſt. * Et Cyrus
B rex protulit vaſa ſacra Domini, quæ tranſtulit
Nabuchodonoſor rex Babylonis ex Ieruſalem,
11 & conſecrauit ea idólo ſuo. * & proferens ea
Cyrus rex Perſarum, tradidit Mithridato, qui
12 erat ſuper theſauros ipſius. * Per hunc autem
tradita ſunt Salmanaſaro præſidi Iudææ.
13 * Horum autem hic numerus: Libatoria ar-
gentea duo millia quadringenta, athiſcæ argen-
teæ triginta: phialæ aureæ triginta, item argen-
teæ duo millia quadringentæ, & alia vaſa mille.
14 * omnia autem vaſa aurea & argentea * quinque
15 millia octingenta ſexaginta'. * Et enumerata
ſunt Salmanaſaro ſimul cum his qui ex captiui-
16 tate Babyloniæ venerant in Ieroſolymam. * * In
Artaxerxis autem regis Perſarum temporibus
ſcripſerunt ei de his qui habitabant in Iudæa &
Ieruſalem, Balſamus, & Mithridatus, & Sabel-
lius, & Rathimus, Balthemus, Samelius ſcriba,
& reliqui habitantes in Samaria, & cæteris lo-
cis, ſubiectam epiſtolam regi Artaxerxi.
17 * DOMINE, pueri tui Rathimus ab accidenti-
C bus & Sabellius ſcriba, & reliqui curiæ tuæ iu-
18 dices in Cœleſyria et Phœnice. * Et nunc no-
tum ſit domino regi, quoniam Iudæi qui aſcen-
derunt à vobis ad nos, venientes in Ieruſalem
ciuitatem refugam et peſsimam, ædificant furnos
eius, et ſtatuunt muros, et templum ſuſcitant.
19 * Quòd ſi ciuitas iſta, et muri cõſummati fue-
rint nõ tantùm tributa nõ ſuſtinebunt pendere,
20 ſed etiam regibus reſiſtent. * Et quia id agitur
circa templum, rectè haberi arbitrati ſumus non
21 deſpicere hoc ipſum: * ſed notum facere domi-
no regi, vt ſi videbitur, rex, quæratur in libris pa-
22 trum tuorũ, * & inuenies in admonitionibus
ſcripta de his, et ſcies quoniam ciuitas iſta fuit re-
23 fuga, et reges, et ciuitates concutiens, * et Iu-
dæi refugæ, et prelia cõmittentes in ea ab æterno,
24 ob quam cauſam ciuitas iſta deſerta eſt. * Nunc
ergo notũ facimus, domine rex, quoniã ſi ciuitas
hæc ædificata fuerit, & huius muri erecti fuerint,
deſcenſus tibi non erit in Cœleſyriam & Phœni-
cem

cem. * Tunc ſcripſit rex Rathimo, qui ſcribebat
accidentia, & Balthemo, & Sabellio ſcribæ, & D
cæteris cõſtitutis, & habitãtibus in Syria, & Phœ-
nice, ea quæ ſubiecta ſunt. * LEGI epiſtolam 26
quam miſiſtis mihi. Præcepi ergo inquiri, & in-
uentum eſt quoniam ciuitas illa eſt ab æuo regi-
bus reſiſtens, * & homines refugæ, et prælia 27
in ea efficientes, et reges fortiſſimi erant in Ie-
ruſalem dominantes, et tributa exigentes à Cœ-
leſyria et Phœnice. * Nunc ergo præcepi pro- 28
hibere homines illos ædificare ciuitatem, & pro-
hibere ne quid vltrà hæc fiant: * ſed nec proce- 29
dant in plurimum, ex quo ſunt malitiæ, ita vt
regibus moleſtia importetur. * Tunc recitatis 30
his quæ à rege Artaxerxe ſcripta fuerant, Rathi-
mus, & Sabellius ſcriba, & qui cum his conſti-
tuti erant iungentes feſtinanter venerunt in Ie-
ruſalem cũ equitatu, & turba, & agmine: * cœpe- 31
runtque ædificantes prohibere, & vacabant ab
ædificatione templi in Ieruſalem, vſque ſecundo
anno regni Darij regis Perſarum.

CAP. III.

REx Darius fecit cœnam magnã omnibus ver- 1
naculis ſuis, & omnibus magiſtratibus Mediæ A
& Perſidis: * & omnibus purpuratis, & prætori- 2
bus, & conſulibus, & præfectis ſub illo ab India
vſq; Æthopiam, centum viginti ſeptem prouin-
ciis. * Et cùm manducaſſent, & bibiſſent, & ſa- 3
tiati reuerterentur, tunc Darius rex aſcẽdit in cu-
biculum ſuum, & dormiuit, & expergefactus eſt.
* Tunc illi tres iuuenes corporis cuſtodes, qui cu- 4
ſtodiebant corpus regis, dixerunt alter alteri,
* Dicamus vnuſquiſque noſtrum ſermonem qui 5
præcellat: & cuiuſcunq; apparuerit ſermo ſapi- B
entior alterius, dabit illi rex Darius dona magna,
* purpura cooperiri, & in auro bibere, & ſuper au- 6
rum dormire, & currum aureo fræno, & cydarim
byſſinam, & torquem circa collum: * & ſecun- 7
do loco ſedebit à Dario propter ſapientiam ſuam,
& cognatus Darij vocabitur. * Tunc ſcribentes 8
ſinguli ſuum verbum ſignauerunt, & poſuerunt
ſubtus ceruical Darij regis, * & dixerũt, Cũ ſurre- 9
xerit rex, dabimus illi ſcripta noſtra: & quodcũq;
iudicauerit rex è tribus, & magiſtratus Perſidis,
quoniam verbum eius ſapientius eſt, ipſi dabitur
victoria ſicut ſcriptũ eſt. * Vnus ſcripſit, Forte eſt 10
vinum. * Alius ſcripſit, Fortior eſt rex. * Tertius 11
ſcripſit, Fortiores ſunt mulieres: ſuper omnia autẽ 12
vincit veritas. * Et cùm ſurrexiſſet rex, acceperunt 13
ſcripta ſua, & dederunt illi, & legit. * Et mittens 14
vocauit omnes magiſtratus Perſarum, & Medos, C
& purpuratos & prætores, & præfectos: * & ſe- 15
derunt in concilio, & lecta ſunt ſcripta coram ip-
ſis. * Et dixit, Vocate adoleſcentes, & ipſi indica- 16
bunt verba ſua. Et vocati ſunt, & introierunt.
* Et dixit illis, Indicate nobis de his quæ ſcripta 17
ſunt. Et cœpit prior, qui dixerat de fortitudine
18 vini, * & dixit, Viri, quàm præualet vinum om-
nibus hominibus qui bibunt illud? ſeducit men-
19 tẽ. * Itemq; regis & orphani facit mẽtem vanam.
20 Item ſerui ac liberi, pauperis ac diuitis, * & omnẽ
D mentem conuertit in ſecuritatem & iucunditatẽ,
& non meminit omnem triſtitiam & debitum,
21 * & omnia præcordia facit honeſta, & non memi-
nit regem, nec magiſtratum, & omnia per talen-
22 ta loqui facit, * Et non meminerũt, cùm biberũt,
amicitiam, nec fraternitatem: ſed non multum
23 poſt ſumunt gladios. * Et cùm à vino merſerint
& ſurrexerint, non meminerunt quæ geſſerunt.
24 * O viri, num præcellit vinum? quis ſic cogitat
facere? Et tacuit hoc dicto.

CAP. IIII.

1 ET inchoauit ſequens dicere, qui dixit de forti-
2 tudine regis. * O viri, num præcellunt homi-
A nes, qui terram & mare obtinent, & omnia quæ
3 in eis ſunt? * Rex autẽ ſuper omnia præcellit, &
dominatur eorum: & omne quodcunque dixe-
4 rit illis, faciunt. * Et ſi miſerit illos ad bellatores,
vadunt, & demoliuntur montes, & muros, & tur-
5 res. * Iugulantur, & iugulant, & regis verbum
non prætereunt. nam ſi vicerint, afferunt regi
6 omnia quæcunque prædati fuerint. * Similiter
& alij omnes, & quotquot non militant, nec pu-
gnant, ſed colunt terram: rurſum cùm fuerint
7 metẽtes, afferunt tributa regi: * & ipſe vnus ſolus
ſi dixerit occidite, occidunt: dixerit remittite,
8 remittunt: * dixerit percutite, percutiunt: dixe-
rit exterminate, exterminant: dixerit ædificate,
9 ædificant: * dixerit excidite, excidunt: dixerit
10 plantate, plantant: * & omnis plebs, & virtu-
tes eum obaudiunt, & ſuper hoc ipſe recumbit,
11 & bibit, & dormit. * Hi autem cuſtodiunt
B in circuitu eum, & non poſſunt ire ſinguli, & fa-
cere opera ſua, ſed in dicto obaudientes ſunt
12 ei. * Viri, quomodo non præcellit rex qui ſic
13 diffamatur? Et tacuit. * Tertius qui dixerat de
mulieribus & veritate, hic eſt Zorobabel, cœ-
14 pit loqui. * Viri, non magnus rex, & multi ho-
mines, nec vinum præcellit. Quis eſt ergo qui
15 dominatur eorum? * Nónne mulieres genue-
runt regem, & omnem populum, qui domina-
16 tur mari & terræ: * et ex illis nati ſunt, et ipſæ
educauerunt eos qui plantauerunt vineas ex
17 quibus vinum fit? * Et ipſæ faciunt ſtolas om-
nium hominum, & ipſæ faciunt gloriam homi-
nibus, & non poſſunt homines ſeparari à mulie-
18 ribus. * Si congregauerint aurum & argen-
tum, & omnem rem ſpecioſam, & viderint mu-
19 lierem vnam bono habitu & bona ſpecie, * om-
nia hæc relinquentes in eam intendunt, &
aperto ore conſpiciunt, et eam alliciunt magis

quàm aurum & argentum, & omnem rem pretiosam. [20] Homo patrem suum relinquit qui eum nutrijt illum, & suam regionem, & ad mulierem se coniungit. [21] Et cum muliere remittit animam: & neque patrem meminit, neque matrem, neque regionem. [22] Et hinc oportet vos scire, quoniam mulieres dominantur vestri. Nónne doletis? [23] Et accipit homo gladium suum, & vadit in viam facere furta, & homicidia, & mare nauigare & flumina, [24] & leonem videt, & in tenebris ingreditur: & cùm furtum fecerit & fraudes, & rapinas, amabili suæ affert. [25] Et iterum, diligit homo vxorem suam magis quàm patrē aut matrem. [26] Et multi dementes facti sunt propter vxores suas, & serui facti sunt propter illas: [27] & multi perierūt & iugulati sunt, & peccauerunt propter mulieres. [28] Et nunc credite mihi, quia magnus est rex in potestate sua: quoniam omnes regiones verentur tangere eum. [29] Videbam tamen Apemen filiam Bezacis, mirifici concubinam regis sedentem iuxta regem ad dexteram, [30] & auferentem diadema de capite eius, & imponentem sibi, & palmis cædebat regem de sinistra manu. [31] Et super hæc aperto ore intuebatur eam: & si arriserit ei, ridet. nā si indignata ei fuerit, blanditur, donec reconcilietur in gratiam. [32] O viri, cur non sunt fortiores mulieres? Magna est terra, & excelsum est cælū: quæ ista agunt. quis ista agit? [33] Et tunc rex, & purpurati intuebantur in alterutrū. Et inchoauit loqui de veritate. [34] O viri, nónne fortes sunt mulieres? Magna est terra, & excelsum est cælum: & velox cursus solis conuertit in gyro cælum in locum suum in vna die. [35] Nónne magnificus est qui hæc facit, & veritas magna & fortior præ omnibus? [36] Omnis terra veritatem inuocat, cælum etiam ipsam benedicit, & omnia opera mouentur, & tremunt eam, & non est cum ea quicquam iniquum. [37] Vinum iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominum, & iniqua illorū omnia opera, & non est in ipsis veritas, & in sua iniquitate peribunt: [38] & veritas manet, & inualescit in æternum, & viuit, & obtinet in secula seculorum. [39] Nec est apud eam accipere personas, neque differentias: sed quæ iusta sunt facit omnibus, iniustis ac malignis, & omnes benignantur in operibus eius. [40] Et non est in iudicio eius iniquum, sed fortitudo, & regnum & potestas & maiestas omnium æuorum. Benedictus Deus veritatis. [41] Et desiit loquendo. Et omnes populi clamauerunt, & dixerunt, Magna est veritas, & præualet. [42] Tunc rex ait illi, Pete, si quid vis amplius, quàm quæ scripta sunt, & dabo tibi, secundùm quod inuentus es sapientior proximis, & proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis. [43] Tunc ait regi, Memor esto voti tui, quod vouisti, ædificare Ierusalem, in die qua [44] regnum accepisti: [45] & omnia vasa quæ accepta sunt ex Ierusalem, remittere, quæ seperauit Cyrus, quando mactauit Babyloniam, & voluit remittere ea ibi. [46] Et tu vouisti ædificare templum, quod incenderunt Idumæi, quando exterminata est Iudæa à Chaldæis. [47] Et nunc hoc est quod postulo Domine, & quod peto, hoc est maiestas quod à te postulo, vt facias votum quod vouisti regi cæli ex ore tuo. [48] Tunc surgens Darius rex, osculatus est illum: & scripsit epistolas ad omnes dispensatores, & præfectos & purpuratos, vt deducerent eū, & eos qui cū illo erant, omnes ascendentes ædificare Ierusalē. [49] Et omnibus præfectis, qui erant in Syria, & Phœnice, & Libano scripsit epistolas, vt traherent ligna cedrina à Libano in Ierusalē, vt ædificarent cū eis ciuitatem. [50] Et scripsit omnibus Iudæis qui ascendebant à regno in Iudæam pro libertate, omnem potentē, & magistratum, & præfectum non superuenire ad ianuas ipsorum, [51] & omnem regionem quā obtinuerāt immunem esse eis, & Idumæi relinquant castella quæ obtinent Iudęorum, [52] & in structurā templi dare per singulos annos talenta viginti, vsque dum perædificaretur: [53] & super sacrarium holocautomata vstulare quotidie, sicut habent præceptum: alia talenta decē offerre per singulos annos, [54] & omnibus qui procedūt à Babylonia cōdere ciuitatem: vt esset libertas tam ipsis quàm filijs eorum, & omnibus sacerdotibus qui præcedunt. [55] Scripsit autem & quantitatem, & sacram stolam iussit dari, in qua deseruirent, [56] & Leuitis scripsit dare præcepta, vsque in diem qua cōsummabitur domus, & Ierusalem extruetur: [57] & omnibus custodientibus ciuitatem, scripsit dari ei sortes & stipendia. [58] Et dimisit omnia vasa quæcunq; seperauerat Cyrus à Babylonia, & omnia quęcunq; dixit Cyrus, & ipse pręcepit fieri, & mitti Ierusalem. [59] Et cùm processisset ille adolescens, eleuans faciem in Ierusalem, benedixit regē cæli, [60] & dixit, Abs te est victoria, & abs te est sapientia & claritas. Et ego seruus tuus sum. [61] Benedictus es qui dedisti mihi sapientiā, & tibi confitebor Domine Deus patrū nostrorū. [62] Et accepit epistolas, & profectus est in Babyloniam. Et venit, & nūtiauit fratribus suis omnibus qui fuerunt in Babylonia: [63] & benedixerunt Deum patrum suorum, quoniam dedit illis remissionem & refrigerium, vt ascenderent & ædificarent Ierusalē, & templum vbi nominatum est nomen eius in ipso, & exultauerunt cum musicis & lætitia diebus septem.

CAP. V.

[1] APost hæc autem electi sunt, vt ascenderent principes pagorū per domos, & tribus suas, & vxores illorum, & filij & filiæ eorum, & serui & an- [2] cillæ ipsorum, & pecora eorum. [3] Et Darius rex misit

misit vnà cum eis equites mille, donec deducerent eos in Ierusalem cum pace, & cum musicis & cum tympanis & tibijs: [4] & omnes fratres erant ludentes, & fecit eos ascendere simul cū eis.

[5] Et hęc sunt nomina virorum, qui ascenderunt per pagos suos in tribus, & in partem principatus ipsorum. [6] Sacerdotes: Filij Phinees, filij Aarō, Iesus filius Iosedec, Ioacim filius Zorobabel filij Salathiel de domo Dauid, ex progenie Phares, de tribu Iuda, [7] qui locutus est sub Dario rege Persarum sermones mirificos in secundō anno regni ipsius mense Nisan primo. [8] Sunt autem hi, qui ascenderūt ex Iudæa de captiuitate transmigrationis, quos transmigrauit Nabuchodonosor rex Babyloniæ in Babylonē, & reuersus est in Ierusalem. [9] Et requisiuit partē Iudęæ vnusquisq; in ciuitatem suam, qui venerunt cum Zorobabel & Iesu, Nehemias, Areores, Elimeo, Emmanio, Mardocheo, Beelsuro, Mechpsatochor, Olioro. Emonia vnus de principibus eorū. [10] Et numerus à gentilibus eorum, ex præpositis eorū filij Phares, duo millia centū septuagintaduo: [11] filij Ares, tria milla centum quinquagintasep- tem: [12] filij Phœmo, centum quadraginta- duo: in filiis Iesu & Ioabes mille trecentiduo: [13] filij Demu, duo millia quadringēti septuaginta: [14] filij Choraba, ducētiquinque: filij Banica, centū sexagintaocto. [15] filij Bebech, quadringenti tres: [16] filij Archad, quadringenti viginti septem: [17] filij Chā, trigintasceptē: filij Zoroar, duo millia sexagintasceptē: filij Adin, quadringenti sexaginta vnus: [18] filij Aderectis, centū octo: filij Ciaso & Zelas, centum septē: filij Azoroe, quadringenti trigintanouē: [19] filij Iedarbone, centū trigintaduo: [20] filij Ananiæ, centum triginta: filij Asoni, nonaginta. [21] filij Marsar, quadringenti viginti duo: [22] filij Zabarus, nonagintaquinque: filij Sepolemō, centū viginti tres: [23] filij Nepopas, quinquaginta quinq;: filij Hechanatus, centū quinquaginta octo: filij Cebethamus, centū trigintaduo: [24] filij Crearpatros, qui Enocadies, & Modię, quadringēti vigintitres: qui ex Gramas & Gabea, centū viginti vnus. [25] qui ex Bessēlō, & Ceagge, sexaginta quinq;: qui ex Bastaro, centū vigintiduo. [26] Qui ex Bechenobes, quinquagintaquinq;: filij Liptis, centum quinquagintaquinq;: filij Labonni, trecenti quinquagintasceptē: [27] Filij Sichem, trecenti septuaginta: filij Suadon, & Cliomus, trecenti septuagintaocto: [28] filij Ericus, duo millia centū quadragintaquinq;: filij Anaas, trecenti septuaginta. [29] Sacerdotes: Filij Ieddus, filij Euther, filij Eliasib, trecenti septuagintaduo: filij Emerus, ducenti quinquaginta duo: [30] filij Phasurij, trecenti quinquagintasceptem: filij Caree, ducenti vigintisceptem. [31] Leuitæ: Filij Iesu in Caduhel, & Bamis, & Serebias & Edias, septuagintaquatuor. omnis numerus à duodecimo anno, triginta mil- [32] lia quadringenti sexagintaduo. [33] filij, & filiæ, & vxores, omnis cōputatio, quadraginta millia du- [34] centi quadragintaduo. [35] Filij sacerdotū, qui psallebant in tēplo: filij Asaph, centum vigintiocto. [36] Ostiarij verò: filij Esmenni, filij Azer, filij Amō, filij Accuba, Topa filij Tobi, omnes centū trigin- [37] tanouem. [38] Sacerdotes seruientes in tēplo: filij Sel, filij Gaspha, filij Tobloch, filij Cariæ, filij Su, filij Hellu, filij Labana, filij Armacha, filij Accub, filij Vtha, filij Cetha, filij Aggab, filij Obai, filij [39] Anani, filij Canna, filij Geddu, [40] filij An, filij Radin, filii Desanon, filii Nachoba, filij Casseba, filii Gaze, filij Ozui, filii Sinone, filij Attre, filij Hastē, filii Asiana, filii Manei, filii Nasissim, filij Accusu, filij Agista, filij Azui, filii Fauon, filii Phasalon, [41] filij Meedda, filij Phusa, filii Caree, filij Barcus, filij Saree, filii Coesi, filii Nasith, filij Agisti, filii [42] Pedō. [43] Salomō filij eius filii Asophot, filii Phasida, filij Celi, filij Dedō, filij Gaddahel, filij Sephe- [44] gi, [45] filii Aggia, filij Sachareth, filii Sabathē, filii Caroneth, filii Malsith, filii Amæ, filii Sasus, filii Addus, filii Suba, filii Eura, filii Rahotis, filii Phasphat, filii Malmon. [46] omnes sacro seruientes, & [47] pueri Salomonis, quadringēti octogintaduo. [48] Hi sunt filij qui ascenderunt à Thel-mela, Thelharsa: principes eorū, Carmellā, & Careth: [49] & nō poterant edicere ciuitates suas, & progenies suas, quemadmodum sint ex Israel. Filij Dalari, filij [50] Tubal, filij Nechodaici, [51] ex sacerdotibus, qui fungebantur sacerdotio: & non sunt inuenti filii Obia, filii Achisos, filii Addin, qui accepit vxorē [52] ex filiabus Phargeleu: [53] & vocati sunt nomine eius, & horum quæsita est generis scriptura in pædatura, & nō est inuenta, & prohibiti sunt sacer- [54] dotio fungi. [55] Et dixit illis Nehemias & Astharas, Ne participentur sancta, donec exurgat pon- [56] tifex doctus in ostensionem & veritatem. [57] Omnis autē Israel erat exceptis seruis & ancillis, qua- [58] dragintaduo millia trecēti quadraginta. [59] Serui horum & ancillæ, septem millia trecenti trigintasceptem. Cantores & cantatrices, ducenti sexagin- [60] taquinque. [61] Cameli, quadringēti trigintaquinque. Equi, septem millia trigintasex. Muli, ducēta millia quadragintaquinq;. Subiugalia, quin- [62] q; millia vigintiquinq;. [63] Et de prepositis ipsis per pagos, dum venirent in templum Dei, quod erat in Ierusalem, innouare & susciture templum in [64] loco suo, secundùm suā virtutem: [65] & dari in tēplum thesaurum operum sacrum auri mnas duodecim millia, & mnas argenti quinque millia, & [66] stolas sacerdotales centum. [67] Et habitauerunt sacerdotes, & Leuitę, & qui exierant de plebe in Ierusalem & in regione, & sacri cantores, & ostiarij, & omnis Israel in regionibus suis. [68] Instāte autē septimo mēse, cumq; essent fili Israel vnusquis-

que in ſuis rebus, cõuenerunt vnanimes in atriũ,
quod erat ante ianuam orientalem. * Et ſtantes 48
Ieſus filius Ioſedec, & fratres eius ſacerdotes, &
Zorobabel filius Salathiel, & huius fratres, pa-
rauerunt altare, * vt offerrent ſuper illud holo- 49
cautomata, ſecundùm quæ in libro Moyſi hoïs
Dei ſcripta ſunt. *Et conuenerunt ibi ex alijs na- 50
tionibus terræ, & erexerunt ſacrariũ in loco ſuo
omnes gentes terræ, & offerebãt hoſtias, & holo-
cautomata Domino matutina. *& egerũt ſceno- 51
pegiam, & diem ſolennem, ſicut præceptum eſt
in lege: & ſacrificia quotidie, ſicut oportebat:
* & poſt hæc oblationes inſtitutas, & hoſtias ſab- 52
bathorum, & neomeniarum, & dierum ſolen-F
nium omnium ſanctificatorum. * Et quotquot 53
vouebãt Domino à neomenia ſeptimi mẽſis, cœ-
perunt hoſtias offerre Deo, & templum Domini
nondum erat ædificatum. * Et dederunt pecu- 54
niam lapidarijs & fabris, & potum & pabula cũ
gaudio. * Et dederunt carra Sidonijs, & Tyrijs, 55
vt tranſucherent illis de Libano trabes cedrinas,
& facerent rates in Ioppe portu, ſecundùm decre-
tum quod ſcriptum erat eis à Cyro rege Perſa-
rum. * Et in ſecundo anno venientes in templũ 56
Dei in Ieruſalem, menſe ſecundo inchoauit Zo-
robabel filius Salathiel, & Ioſue filius Ioſedec, &
fratres ipſorum, & ſacerdotes & Leuitæ, & om-
nes qui venerant de captiuitate in Ieruſalem:
* & fundauerunt templũ Dei nouilunio ſecundi 57
menſis ſecundi anni, cùm veniſſent in Iudæã &
Ieruſalem. * Et ſtatuerũt Leuitas à viginti annis, 58
ſuper opera Domini: & ſtetit Ieſus & filius eius,
& fratres omnes Leuitæ conſpirantes, & executo-
res legis, facientes opera in domo Domini. * Et 59
ſteterunt ſacerdotes habentes ſtolas cum tubis:
& Leuitę filij Aſaph, habentes cymbala * collau- 60
dantes Dominũ, & benedicentes ſecũdùm Dauid
regem Iſrael. * Et cantabant canticum Domi- 61
no, quoniam dulcedo eius, & honor in ſecula ſu-
per omnem Iſrael. * Et omnis populus tuba ce- 62
cinerunt; & proclamauerũt voce magna, collau-G
dantes Dominum in ſuſcitatione domus Domi-
ni. * Et venerunt ex ſacerdotibus & Leuitis, & 63
præſidentibus ſecundũ pagos ſenioribus, qui vi-
derant priſtinã domum: * & ad huius ædifica- 64
tionem cum clamore & planctu magno, & multi
cum tubis & gaudio magno: * in tantũ vt popu- 65
lus non audiret tubas propter planctum populi.
Turba enim erat tubis canens magnificè, ita vt
1ſd.4. longè audiretur. * Et audierũt inimici tribus Iu- 66
dæ, & Ben-iamin, & venerunt ſcire quæ eſſet vox
tubarum. *& cognouerunt quoniã qui erant ex 67
captiuitate, ædificãt templũ Domino Deo Iſrael.
* Et accedentes ad Zorobabel & Ieſum, præpo- 68
ſitos pagorum, dixerunt eis, Ædificabimus vnà
vobiſcum. * Similiter enim audiuimus Dominũ 69
veſtrũ, & ipſi pariter incedimus à diebus Asba-
zareth regis Aſſyriorum, qui tranſmigrauit nos
70 huc. *Et dixit illis Zorobabel, & Ieſus, & princi-
71 pes pagorum Iſrael, * Non eſt nobis & vobis æ-
dificare dominũ Dei noſtri. nos enim ſoli ædifica-
bimus Domino Iſrael ſecundũ ea quæ præcepit
72 nobis Cyrus rex Perſarũ. * Gentes autẽ terræ in-
cumbentes his qui ſunt in Iudæa, & leuãtes opus
ædificationis & inſidias, & populos adducentes,
73 prohibebant eos ædificare, * & aggreſſuras ex-
ercentes impedierunt, ne conſummaretur ædifi-
cium omni tempore vitæ Cyri regis, & protraxe-
runt ſtructuram per biennium vſque ad Darij
regnum.

CAP. VI.

1 IN ſecundo autẽ anno regni Darij prophetauit
A Aggæus, & Zacharias filius Addin prophetæ 1.Eſd.5.
apud Iudæam & Ieruſalem in nomine Dei Iſrael
2 ſuper eos. * Tunc ſtans Zorobabel filius Sala-
thiel, & Ieſus filius Ioſedec, inchoauerũt ædifica-
3 re domũ Domini, quæ eſt in Ieruſalem: * cũ ad-
eſſent eis prophetæ Domini, & adiuuarent eos. In
ipſo tempore venit ad illos Siſennes ſubregulus
Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & ſodales
4 eius: * & dixerunt eis, Quo præcipiẽte vobis do-
mũ hanc ędificatis, & tectum iſtud, & alia omnia
perficitis? Et qui ſunt ſtructores qui hęc ædificãt?
5 * Et habuerunt gratiam viſitatione facta ſuper
eos, qui erant ex captiuitate à Domino ſeniores
6 Iudęorũ, * & nõ ſunt impediti ædificare, donec
ſignificaretur Dario de omnibus iſtis, & reſpon-
7 ſum acciperetur. * Exemplum epiſtolę, quã mi-
ſerunt Dario: SISENNES ſubregulus Syriæ, &
Phœnicis, & Satrabuzanes, & ſodales eius in Sy-
8 ria, & Phœnice preſides, regi Dario ſalutẽ. *Om-
nia nota ſint domino regi, quòd cũ veniſſemus
in regionem Iudęæ, & introiſſemus in Ieruſalem,
inuenimus ædificantes domum Dei magnam:
9 * & templum ex lapidibus politis, & magnis &
10 pretioſis materiis in parietibus, * & opera illa in-
B ſtãter fieri, & ſuffragare, & proſperare in manibus
eorum, & in omni gloria quàm diligentiſſimè
11 perfici. *Tunc interrogauimus ſeniores, dicentes,
Quo permittente vobis ędificatis domum iſtam,
12 & opera hæc fundatis? * Ideo autem interroga-
uimus eos, vt notum faceremus tibi homines &
prępoſitos, & nominum ſcripturam prępoſitorũ
13 poſtulauimus illos. * At illi reſponderunt no-
bis, dicentes, Nos ſumus ſerui Domini, qui fe-
14 cit cælum & terram, * & ædificabatur hęc do-
mus ante annos iſtos multos à rege Iſrael magno
15 & fortiſſimo, & conſummata eſt. *Et quoniam
patres noſtri exacerbantes erant & peccauerunt
in Deum Iſrael, tradidit eos in manus Nabucho-
donoſor regis Babyloniæ, regis Chaldęorum,
16 * & domum iſtam demolientes incenderunt,
&

& populum captiuum duxerunt in Babylonem.
*In primo anno regnante Cyro rege Babyloniæ, 17
ſcripſit Cyrus rex domum hanc ædificare: * & 18
illa ſacra vaſa aurea & argentea quę extulerat Na-
buchodonoſor de domo quæ eſt in Ieruſalem,
& conſecrauerat ea in ſuo templo, rurſus protu-
lit ea Cyrus rex de templo quod erat in Babylo-
nia, & tradita ſunt Zorobabel, & Salmanaſaro
ſubregulo. *& præceptum eſt eis vt offerrent 19
hæc vaſa, & reponerent in templo, quod erat
in Ieruſalem, & ipſum templum Dei ædificare in
loco ſuo. *Tunc Salmanaſarus ſubiecit funda- 20
menta domus Domini, quæ eſt in Ieruſalem: &
exinde vſque nunc ædificatur, & non accepit
conſummationem. *Nunc ergo ſi iudicatur à te 21
ô rex, perquiratur in regalibus bibliothecis Cy-
ri regis quæ ſunt in Babylonia: *& ſi inuentum 22
fuerit conſilio Cyri regis cœptam eſſe ſtructu-
ram domus Domini, quæ eſt in Ieruſalem, & iu-
dicatur à Domino rege noſtro, ſcribat de his no
bis. *Tunc Darius rex præcepit inquiri in bi- 23
bliothecis, & inuentus eſt in Ecbathanis oppi-
do, quod eſt in media regione locus vnus in quo
ſcripta erant iſta. *ANNO primo regnante Cyro, 24
rex Cyrus præcepit domũ Domini quæ eſt in Ie-
ruſalem ædificare, vbi incendebant igni aſſiduo,
*cuius altitudo ſit cubitorum decem, & latitudo 25
cubitorum ſexaginta, quadratum lapidibus poli-
tis tribus, & meniano ligneo eiuſdem regionis, &
meniano vno nouo, & impendia dari de domo
Cyri regis: *& ſacra vaſa domus Domini tam 26
aurea quàm argentea, quæ extulit Nabuchodo-
noſor in domum Domini, quæ eſt in Ieruſalem
vbi erant poſita, vt ponantur illic: *& præcepit 27
curam agere Siſennem ſubregulũ Syriæ, & Phœ-
nicis, & Satrabuzanem, & ſodales eius, & qui or- D
dinati erant in Syria & Phœnice præſides, vt ab-
ſtinereat ſe ab eodem loco. *Et ego quoque præ- 28
cepi in totum ædificare: & proſpexi, vt adiuuent
eos qui ſunt ex captiuitate Iudæorum, donec cõ-
ſummetur templum ędis Domini: *& à vexatio- 29
ne tributorum Cœleſyriæ & Phœnicis, diligenter
quantitatem dari his hominibus ad ſacrificium
Domini, Zorobabel præfecto, ad tauros & arie-
tes, & agnos; *ſimiliter autem & frumentum, & 30
ſal, & vinum, & oleum inſtanter per ſingulos an-
nos, prout ſacerdotes qui ſunt in Ieruſalem, di-
ctauerunt conſumi quotidie ſine vlla dilatione,
*vt offerantur libationes ſummo Deo pro rege 31
& pueris eius, & orent pro ipſorum vita: *& de- 32
nuntietur, vt quicunque tranſgreſſi fuerint ali-
quid ex his quæ ſcripta ſunt, aut ſpreuerint, acci-
piatur lignum de ſuis proprijs, & ſuſpendantur,
& bona ipſorum regi aſcribantur. *Propterea & 33
Dominus, cuius nomen inuocatum eſt ibi, exter-
minet omnem regem & gentem, qui manum ſuã
extenderit prohibere, aut malè tractare domum
34 Domini illã quæ eſt in Ieruſalem. * Ego Darius
rex decreui quàm diligentiſſimè ſecundùm hæc
fieri.

CAP. VII.

1 TVnc Siſennes ſubregulus Cœleſyriæ & Phœ- 2.Eſd.6.
A nicis, & Satrabuzanes, & ſodales obſecuti 6.13.
2 his, quæ à Dario rege erant decreta, * inſiſte-
bant ſacroſanctis operibus diligentiſimè, coo-
perantes cum ſenioribus Iudæorum principibus
3 Syriæ: * & proſperata ſunt ſacroſancta opera
prophetantibus Aggæo & Zacharia prophetis.
4 * Et conſummauerunt omnia per præceptum
B Domini Dei Iſrael, & ex cõſilio Cyri, & Darij, &
5 Artaxerxis regis Perſarũ. *Et conſummata eſt do-
mus noſtra vſque ad tertiam & viceſimam diem
6 mẽſis Adar, ſexto anno Darij regis. *Et fecerũt filij
Iſrael & ſacerdotes & Leuitæ, & cæteri qui erant
ex captiuitate, qui appoſiti ſunt ſecundùm ea quę
7 ſcripta ſunt in libro Moyſi. * Et obtulerunt in
dedicationem templi Domini, tauros centum,
8 arietes ducẽtos, agnos quadringentos, * & hœ-
dos pro pec catis vniuerſi Iſrael duodecim, ſecũ-
9 dùm numerum tribuum Iſrael. * Et ſteterũt ſa-
C cerdotes & Leuitæ amicti ſtolis per tribus ſuper
omnia opera Domini Dei Iſrael ſecundùm librũ
10 Moyſi, & oſtiarij per ſingulas ianuas. * Et egerũt
filij Iſrael cum his qui erant ex captiuitate illud
Phaſe quartadecima luna menſis primi, quando
11 ſanctificati ſunt ſacerdotes & Leuitæ. * Omnes
filij captiuitatis non ſunt ſimul ſanctificati, quia
12 Leuitæ omnes ſimul ſanctificati ſunt. * Et im-
D molauerunt Phaſe vniuerſi filij captiuitatis, &
13 fratribus ſuis ſacerdotibus, & ſibimetipſis. * Et
manducauerunt filij Iſrael, qui erãt ex captiuita-
te omnes qui remanſerant ab omnibus execra-
tionibus gentium terræ quærentes Dominum.
14 *& celebrauerunt diem feſtum azymotũ ſeptem
15 diebus epulantes in cõſpectu Domini: * quoniã
conuertit conſiliũ regis Aſſyriorum in eos, con-
fortare manus eorũ ad opera Domini Dei Iſrael.

CAP. VIII.

1 ET poſt hunc regnante Artaxerxe Perſarum 2.Eſd.7.6
A rege acceſſit Eſdras filius Azariæ, filij Helciæ, Actu.
2 filij Solome, * filij Sadoc, filij Achitob, filij Ame-
ri, filij Azahel, filij Bocci, filij Abiſue, filij Phinees,
3 filij Eleazari, filij Aaron primi ſacerdotis: * hic
Eſdras aſcendit de Babylonia, cùm eſſet ſcriba &
ingenioſus in lege Moyſi, quæ data eſt à Domino
4 Deo Iſrael: docere & facere. *Et dedit ei rex glo- diſſert6
riam, quòd inueniſſet gratiam in omni dignitate
5 & deſiderio in conſpectu eius. * Et aſcenderunt
ſimul cum ipſo ex filiis Iſrael, & ſacerdotibus, &
Leuitis, & ſacris cãtoribus templi, & oſtiariis, &
6 ſeruis tẽpli in Ieruſalẽ. * Anno ſeptimo regnante
Artaxerxe in quinto menſe, hic annus ſeptimus

est regni, exeuntes de Babylonia nouilunio quin-
ti mensis, *venerunt Ierosolymam iuxta præce- 7
ptum illius secundum prosperitatẽ itineris à Do-
mino ipsorum datam eis. *In his enim Esdras 8
magnam disciplinam obtinebat, ne prætermitte-
ret quicquam eorum, quæ essent ex lege Domi-
ni & præceptis, & docendo vniuersum Israel om-
nem iustitiam & iudicium. *Accedentes autem, 9
qui scribebant scripta Artaxerxis regis, tradide-
runt scriptum quod obuenerat ab Artaxerxe rege
ad Esdram sacerdotem, & lectorem legis Domi-
ni, cuius exemplum subiectum est. *Rex Arta- 10
xerxes Esdræ sacerdoti & lectori legis Domini
salutem. *Humanior ego iudicans in beneficijs, 11
præcepi eis qui desiderant ex gente Iudæorum
sua sponte, & ex sacerdotibus, & Leuitis, qui
sunt in regno meo, comitari tecum in Ierusalem.
*Si qui ergo cupiunt ire tecum, conueniant, 12
& proficiscantur sicut placuit mihi & septem
amicis meis consiliarijs, *vt visitent ea quæ a- 13
guntur secundum Iudæam & Ierusalem, obser-
uantes sicut habes in lege Domini, *& ferant 14
munera Domino Deo Israel, quæ voui ego &
amici Ierusalem, & omne aurum & argentum,
quod inuentum fuerit in regione Babyloniæ
Domino in Ierusalem cum illo, *quod est do- 15
natum pro ipsa gente in templum Domini eo-
rum quod est in Ierusalem: vt colligatur hoc au-
rum & argentum ad tauros, & arietes, & agnos,
& hœdos, & quæ his sunt congruentia, *vt offe- 16
rant hostias Domino super altare Domini ipsorũ
quod est in Ierusalem. *Et omnia quæcunq; vo- 17
lueris cum fratribus tuis facere auro & argento,
perfice pro voluntate tua secundum præceptum
Domini Dei tui: *& sacrosancta vasa, quæ data 18
sunt tibi ad opera domus Domini Dei tui, quę est
in Ierusalem: *& cætera quæcunque tibi subue- 19
nerint ad opera templi Dei tui, dabis de regali
gazophylacio: *cùm volueris cum fratribus tuis 20
facere auro & argento, perfice secundum volun-
tatem Domini. *Et ego quidem rex Artaxerxes 21
præcepi custodibus thesaurorum Syrię & Phœni-
cis, vt quæcũque scripserit Esdras sacerdos, & le-
ctor legis Domini, diligẽter detur ei vsque ad ar-
genti talenta centum, similiter & auri: *& vs- 22
que ad frumẽti modios centum, & vini ampho-
ras centum, & alia quæcunque abundant sine ta-
xatione. *Omnia secũdum legem Dei fiant Deo 23
altissimo, ne fortè exurgat ira in regno regis, & fi-
lij, & filiorum eius. *Vobis autem dicitur, vt om- 24
nibus sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantori-
bus, & seruis templi, & scribis templi huius *nul- 25
lum tributum, neque vlla alia indictio irrogetur,
nec habeat quisquam potestatẽ obijcere eis quic- C
quam. *Tu autem Esdra secundum sapientiam 26
Dei constitue iudices & arbitros in tota Syria &
Phœnice: & omnes qui legem Dei tui non nõ-
uerunt, doce: *vt quotquot transgressi fuerint 27
legem, diligenter plectantur siue morte, siue cru-
ciatu, siue etiam pecuniæ mulctatione vel abdu-
ctione. *Et dixit Esdras scriba, Benedictus Deus 28
patrum nostrorum, qui dedit hanc voluntatem
in cor regis, clarificare domum suam quæ est in
Ierusalem, *& me honorificauit in conspectu re- 29
gis, & consiliariorum, & amicorum, & purpura-
torum eius. *& ego constans animo factus sum 30
secundum opitulationem Domini Dei mei, &
congregaui ex Israel viros, vt simul ascenderent
mecum. *Et hi sunt præpositi secundum suas 31
patrias, & principatus portionales eorum qui
mecum ascenderunt de Babylonia in regno Ar-
taxerxis. *Et ex filijs Phares, Gersomus: ex fi- 32
lijs Siemarith, Amenus: filiorum Dauid, Acchus
filius Sceciliæ: *ex filijs Phares, Zacharias, & cum 33
eo reuerũ sunt viri centum quinquaginta: *ex 34
filijs ductoris Moabilionis Zaraei, & cum ipso
viri ducenti quinquaginta: *ex filijs Zachues, 35
Iechonias Zechoeli, & cũ ipso viri ducenti quin-
quaginta: *ex filijs Sala, Maasias Gotholiæ, & cũ 36
ipso viri septuaginta: *ex filijs Saphatiæ, Zarias 37
Micheli, & cum ipso viri octoginta: *ex filijs 38
Iob, Abdias Icheli, & cum ipso viri ducenti duo-
decim: *ex filijs Baniæ, Salimoth, filius Iosaphię, 39
& cum ipso viri cẽtum sexaginta: *ex filijs Beer, 40
Zacharias Bebei, & cum ipso viri ducenti octo: 41
*ex filijs Ezead, Iohãnes Eccetan, & cum ipso viri 42
centum decem: *ex filijs Adonicam ipsis postre-
mis, & hæc sunt nomina eorum, Eliphalam, filius 43
Gebel, & Semeias, & cũ ipso viri septuaginta. *Et 44
congregaui eos ad fluuium qui dicitur Thia, &
metati fuimus illic triduo, & recognoui eos. *Et 45
ex filijs sacerdotum & Leuitarum non inueni il-
lic. *Et misi ad Eleazarum, & Eccelon, & Masmã, D
& Maloban, & Enaathan, & Samea, & Ioribum,
Nathan, Enuagam, Zachariam, & Mosolamum
ipsos ductores & peritos: *& dixi eis vt venirent 46
ad Loddeum, qui erat apud locum gazophyla-
cij. *Et mandaui eis vt dicerent Loddeo & fra- 47
tribus eius, & illis qui erant in gazophylacio, vt
mitterent nobis eos qui sacerdotio fungerentur
in domo Domini Dei nostri, *& adduxerunt no- 48
bis secundum manum validam Domini Dei no-
stri viros peritos: ex filijs Moholi, filij Leui, filij
Israel, Sebebian, & filios & fratres, qui erant de- 49
cem & octo: *Asbiam & Amin ex filijs filiorum 50
Chananæi, & filij eorum viri viginti. *Et ex his
qui templo seruiebant, quos dedit Dauid, & ipsi
principes ad operationem Leuitis templo ser-
uientium ducenti viginti. Omnia nomina signi- 51
ficata sunt in scripturis. *Et voui illic ieiunium
iuuenibus in conspectu Dei, vt quærerem ab eo
bonum iter nobis, & qui nobiscum erat, & filijs,
& pecoribus propter insidias. *Erubui enim pe- 52
tere à rege pedites & equites in comitatu, tutelæ
gratia contra aduersarios nostros. *Diximus e- 53
nim regi quoniam virtus Domini erit cũ eis qui
inquirunt eum in omni affectu. *Et iterum de- 54
precati sumus Dominum Deum nostrum secun-
dum hæc: quem & propitium habuimus, & com-
potes facti sumus Deo nostro. *Et separaui ex 55
plebis præpositis, & sacerdotibus templi viros
duodecim, & Sedebiam, & Asannam, & cum eis
ex fratribus eorum viros decem. *& appendi eis 56
aurum & argentum, & vasa sacerdotalia domus
Dei nostri, quæ donauerat rex, & consiliarij eius,
& principes, & omnis Israel. *Et cùm appendis- 57
sem, tradidi argenti talenta cẽtum quinquagin-
ta, & vasa argentea talentorum centum, & auri E
talenta centum, *& vasorum aureorum septies 58
viginti, & vasa ærea de bono æramento splenden
tia, duodecim, auri speciem reddentia: *& dixi 59
eis, Et vos sancti estis Domino, & vasa sunt sancta,
& aurum, & argentum votum est Domino Deo
patrum nostrorum. *Vigilate & custodite, do- 60
nec tradatis ex plebis præpositis, & sacerdotibus,
& Leuitis, & principibus ciuitatum Israel in Ie-
rusalem, in pastophorio domus Dei nostri. *Et 61
hi qui susceperunt sacerdotes & Leuitæ aurum
& argentum & vasa, intulerunt in Ierusalem in
templum Domini. *Et promouimus à fluuio 62
Thia, die duodecima mensis primi, vsquequo in-
troiuimus in Ierusalem. *Et cùm factus fuisset 63
tertius dies, quarta autem die ponderatum aurũ,
& argentum traditum est in domo Domini Dei
nostri Marimoth filio Iori sacerdoti: *& cum 64
ipso erat Eleazar filius Phinees: & erant cum ipsis
Iosadus filius Iesu, & Medias, & Banni filius Le-
uitæ ad numerum, & ad pondus vniuersa. *Et 65
scriptum est pondus ipsorum eadem hora. *Qui 66
autem venerunt ex captiuitate, obtulerunt sacri-
ficium Domino Deo Israel, tauros duodecim pro
omni Israel, arietes octoginta sex, *agnos septua- 67
ginta duos, hircos pro peccato duodecim, & pro
salute vaccas duodecim, omnia in sacrificiũ Do-
mini. *Et relegerunt præcepta regis regalibus 68
dispẽsatoribus, & subregulis Cœlesyriæ, & Phœ-
nicis: & honorificauerunt gentem, & templum
Domini. *Et consummatis his, accesserunt ad 69
1.Esd.9. me præpositi, dicentes, Non segregauerunt ge-
nus Israel, & principes, & sacerdotes, & Leuitæ, F
*& alienigenæ gentes, & nationes terræ immun- 70
ditias suas à Chananęis, & Hethæis, & Pherezęis,
& Iebuzęis, & Moabitis, & Ægyptijs, & Idumęis.
*coniuncti enim sunt filiabus eorum & ipsi, & fi- 71
lij eorum: & mistum est semen sanctum alienige-
nis gentibus terrę: & participes erant præpositi,
& magistratus iniquitatis eius ab initio ipsius re-
gni. *Et mox vt audiui ista, conscidi vestimenta 72
& sacram tunicam: & lacerans capillos capitis &
barbam, sedi dolens & mœstus. *Et conuenerũt 73
quotquot tunc mouebantur in verbo Domini
Dei Israel ad me lugẽtem super iniquitatem istã,
& sedebam tristis vsque ad sacrificium vespertí-
num. *Et consurgens à ieiunio, conscissa habens 74
vestimenta & sacram tunicam, ingeniculans, &
extendens manus ad Dominum, *dicebam, Do- 75
mine confusus sum, & reueritus sum ante faciem
tuam. *Peccata enim nostra multiplicata sunt 76
super capita nostra, & iniquitates nostrę exaltatæ
sunt vsque ad cælum, *quoniam à temporibus 77
patrum nostrorum sumus in magno peccato vs-
que ad diem hunc. *Et propter peccata nostra, & 78
patrum nostrorum sumus traditi cum fratribus
nostris, & cum sacerdotibus nostris regibus terrę
in gladium & captiuitatem, & depręd atio nem cũ
confusione vsque in hodiernum diem. *Et nunc 79
quantum est hoc quod contigit nobis misericor-
dia abs te Domine Deus, & relinque nobis radi-
cem, & nomen in locũ sanctificationis tuæ, *de- 80
tegere luminare nostrum in domo Domini Dei
nostri, dare nobis cibum in omni tempore seruí-
tutis nostrę. *Et cùm seruiremus, non fuimus de- 81
relicti à Domino Deo nostro: sed constituit nos
in gratia, ponens nobis reges Persarum dare ci-
bum, *& clarificare templum Domini Dei no- 82
stri, & ædificare deserta Sion, dare nobis stabili-
tatem in Iudæa & Ierusalem. *Et nunc quid di- 83
G cimus Domine habentes hęc? Transgressi enim
sumus præcepta tua, quę dedisti in manus puero-
rum tuorum prophetarum, dicens, *Quoniam 84
terra in quam introistis possidere hereditatem
eius, terra polluta est coinquinationibus alieni-
genarum terræ, & immunditiæ illorum repleue-
runt eam totam immunditia sua. *Et nunc filias 85
vestras non coniungetis filijs eorum, & filias eo-
rum non accipietis filijs vestris, *& non inquire- 86
tis pacem habere cum illis omni tempore, vt in-
ualescentes manducetis optima terrę, & hęredi-
tatem distribuatis filijs vestris vsque in ęuum.
*Et quę contingunt nobis, omnia fiunt propter 87
opera nostra maligna, & magna peccata nostra.
*Et dedisti nobis talem radicem, & rursum reuer- 88
si sumus transgredi legitima tua, vti commisce-
mur immunditiæ alienigenarum gentium terrę
huius. *Nónne irascêris nobis perdere nos, quo- 89
ad vsque non relinquatur radix & nomen no-
strum? *Domine Deus Israel verax es. Derelicta 90
est enim radix vsque in hodiernum diem. *Ecce, 91
nunc sumus in cõspectu tuo in iniquitatibus no-
stris. Non est enim adhuc stare ante te in his. *Et 92
2.Esd.10. cùm adorãdo cõfiteretur Esdras flens, humi pro-
stratus ante templum, congregati sunt ante eum
ex Ierusalem turba magna valde, viri & mulieres
& iuuenes & iuuenculę. Fletus enim erat magnus

in ipſa multitudine. * Et cùm clamaſſet Iecho- 93
nias Ieheli ex filiis Iſrael, dixit Eſdræ, Nos in Do-
minum peccauimus, quòd collocauimus nobis in
matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus
terræ. * Et nunc es ſuper omnem Iſrael. In his er- 94
gò ſit iuſiurandum à Domino expellere omnes v-
xores noſtras quæ ex alienigenis ſunt cum filiis
earum. * Sicut tibi decretum eſt à maioribus ſe-
cundùm legem Domini exurgens explica. * Ad 95
te enim ſpectat negotium, & nos tecum ſumus.
viriliter fac. * Et exurgens Eſdras adiurauit prin- 96
cipes ſacerdotum & Leuitas, & omnem Iſrael fa-
cere ſecundùm hæc, & iurauerunt.

CAP. IX.

ET exurgens Eſdras ab ante atrium tẽpli, abiit 1
in paſtophorium Ionathæ filij Naſabi: * & A
hoſpitatus illic non guſtauit panem, nec aquam 2
bibit ſuper iniquitatem multitudinis. * Et facta 3
eſt prædicatio in omni Iudæa, & in Ieruſalem
omnibus qui erant ex captiuitate in Ieruſalem
congregati; * vt quicunq; non occurrerit biduo 4
vel triduo diei ſecundùm iudicium aſſidentium
ſeniorum, tollerentur facultates ſuæ, & ipſe alie-
nus iudicaretur à multitudine captiuitatis. * Et 5
congregati ſunt omnes qui erant ex tribu Iuda,
& Ben-iamin in tribus diebus in Ieruſalem, hic
menſis eſt nonus, dies menſis viceſimus. * Et ſe- 6
dit omnis multitudo in area templi trementes,
propter hyemem præſentẽ. * Et exurgens Eſdras 7
dixit illis, Vos iniquè feciſtis collocantes vobis in
matrimoniũ vxores alienigenas, vt adderetis ad
peccata Iſrael. * Et nunc date confeſsionẽ, & ma- 8
gnificentiam Domino Deo patrum noſtrorum: B
* & perficite voluntatẽ ipſius, & diſcedite à gen- 9
tibus terræ, & ab vxoribus alienigenis. * Et cla- 10
mauit omnis multitudo, & dixerũt voce magna,
Sicut dixiſti, faciemus. * Sed quoniã multitudo 11
magna eſt, & tempus hybernum, & non poſſu-
mus inſubſidiati ſtare: & hoc opus non eſt nobis
vnius diei, neque bidui: multũ enim in his pec-
cauimus: * ſtent præpoſiti multitudinis, & om- 12
nes qui nobiſcũ inhabitant & quotquot habent
vxores apud ſe alienigenas, * & aſsiſtant accepto 13
tempore ex omni loco presbyteri, & iudices, vſ-
quequo ſoluant irã Domini negotij huius. * Io- 14
nathas autem filius Ezeli, & Ozias Thecam ſuſce-
perunt ſecundùm hæc: & Boſoramus, & Leuis, &
Sabbathæus ſimul cooperati ſunt cum illis. * Et 15
ſteterunt ſecũdùm hæc omnia vniuerſi qui erant
ex captiuitate. * Et elegit ſibi viros Eſdras ſacer- 16
dos principes magnos de patribus eorum ſecun- C
dùm nomina: & conſederunt nouilunio menſis
decimi examinare negotium iſtud. * Et determi- 17
natum eſt de viris qui habebant vxores alienige-
nas, vſq; ad neomeniam primi menſis: * & inuẽ- 18
ti ſunt ex ſacerdotibus permiſti qui habebãt alie-
19 nigenas vxores. * Ex filiis Ieſu filij Ioſedec, & fra-
tribus eius: Maſeas, & Eliozerus, & Ioribus, &
20 Ioadeus, * & iniecerunt manus vt expellerent
vxores ſuas: & ad litandum in exorationem arie-
21 tem pro ignorantia ſua. * & ex filiis Semmeri,
22 Maſeas, & Eſſes, et Icelech Azarias. * Et
ex filiis Foſere: Limoſias, Hiſmaenis, & Na-
23 thanee, Iuſsio, Reddus, & Talſas. * & ex Le-
uitis, Iorabdus, & Semeis, & Colnis, et Calitas, &
24 Facteas, & Coluas, & Elionas. * & ex ſacris
25 cantoribus, Eliaſib, Zaccarus. * & ex oſtia-
26 riis, Salumus, & Tolbanes. * & ex Iſrael ex filiis
D Foro, Ozi, & Remias et Geddias & Melchias &
27 Michel⁹, Eleazarus & Iãmebias & Bannas: * & ex
filiis Iolaman: Chamas & Zacharias & Iezrelus,
28 & Ioddius, & Erimoth & Helias. * & ex filiis
Zathoim: Eliadas & Liaſumus, Zochias & Lari-
29 moth & Zabdis & Tebedias. * & ex filiis Zebes:
30 Iohannes & Amanias & Zabdias & Emeus. * &
ex filiis Bãni: Olamus & Maluchus & Ieddeus &
31 Iaſub & Azabus & Ierimoth. * & ex filiis Ad-
din: Naathus & Mooſias & Cale⁹ & Raanas, Maa
ſeas, Mathathias & Beſeel et Bonnus & Manaſ-
32 ſes. * & ex filiis Nuae: Noneas & Afeas et Mel-
chias & Sameas & Simon, Bẽ-iamin & Malchus
33 et Marras. * et ex filiis Aſom: Carianeus, Matha-
thias & Bannus & Eliphalach et Manaſſes & Se-
34 mei. * et ex filiis Banni: Ieremias & Moadias &
Abramus & Iohel et Baneas & Pelias et Ionas &
Marimoth et Eliaſib et Mathaneus & Eliaſis et
Orizas et Dielus et Semedius et Zambris et Io-
35 ſephus. * et ex filiis Nobei: Idelus et Mathathias
E & Sabadus et Zecheda, Sedmi et Ieſſei, Baneas.
36 * omnes iſti coniunxerunt ſibi vxores alieni-
37 genas, et dimiſerunt eas cum filiis. * Et inhabi-
tauerunt ſacerdotes, et Leuitæ: & qui erant ex Iſ-
rael in Ieruſalẽ, et in tota vna regione nouilunio
mẽſis ſeptimi. Et erãt filij Iſrael in cõmorationib⁹
38 ſuis. * Et congregata eſt omnis multitudo ſimul
39 in aream, quæ eſt ab oriẽte portæ ſacræ: * et dixe-
rũt Eſdræ põtifici, et lectori, vt afferret legẽ Moy-
40 ſi, quæ tradita eſt à Domino Deo Iſrael. * Et attu
lit Eſdras pontifex legẽ omni multitudini eorum
à viro vſque ad mulierem, et omnibus ſacerdoti-
41 bus audire legem nouilunio menſis ſeptimi. * Et
legebat in area, quæ eſt ante ſacram portam tẽpli,
à prima luce vſque ad veſperam corã viris et mu-
lieribus. Et dederunt omnes ſenſum ad legem.
42 * Et ſtetit Eſdras ſacerdos, & lector legis ſuper
F ligneum tribunal quod fabricatum erat. * Et ſte
43 terunt ad eum Mathathias, et Samus, Ananias,
Azarias, Vrias, Ezechias, et Balſamus ad dexte-
44 ram: * et ad ſiniſtram Faldeus, Miſael, Malach-
45 ias, Abuſthas, Sabus, Nabadias, et Zacharias. * Et
aſſumpſit Eſdras librum coram omni multitudi-
ne: præſidebat enim in gloria in conſpectu om-
nium

nium. * Et cùm abſoluiſſet legem, omnes erecti 46
ſteterunt: et benedixit Eſdras Dominum Deum
altiſsimum, Deum Sabaoth omnipotentem.
* Et reſpondit omnis populus, Amen. Et e- 47
leuatis ſurſum manibus procidentes in terram,
adorauerunt Dominum. * Ieſus & Banaeus & 48
Sarebias et Iaddimus & Accubus & Sabbathæus
& Calithes & Azarias & Ioradus & Ananias &
Philias Leuitæ, * qui docebant legem Domini, 49
& in multitudine legebant legem Domini, &
pręferebant ſinguli eos, qui intelligebant lectio-
nem. * Et dixit Atharathes Eſdræ pontifici, & 50
lectori, & Leuitis, qui docebant multitudi-
nem * dicens, Dies hic ſanctus eſt Domino. 51
52 Et omnes flebant, cùm audiſſent legem. * Et
dixit Eſdras, Digreſſi ergo manducate pinguiſ-
ſima quæque, & bibite dulciſſima quæque, &
53 mittite munera his qui non habent. * Sanctus
enim eſt hic dies Domini, & nolite mœſti eſſe.
54 Dominus enim clarificabit vos. * Et Leuitæ de-
nuntiabant in publico omnibus, dicentes, Dies
55 hic ſanctus eſt, nolite mœſti eſſe. * Et abierunt
omnes manducare, & bibere, & epulari, & da-
re munera his qui non habebant, vt epularen-
tur. Magnificè enim ſunt exaltati verbis quibus
56 edocti ſunt. * & congregati ſunt vniuerſi in Ie-
ruſalem celebrare lætitiam, ſecundùm teſtamen-
tum Domini Dei Iſrael.

LIBER ESDRAE QVARTVS

CAP. I.

LIBER Eſdræ prophetæ ſecũdus, 1
filij Sarei, filij Azarei, filij Hel- A
ciæ, filij Sadaniæ, filij Sadoch,
filij Achitob, * filij Achiæ, filij 2
Phinees, filij Heli, filij Ameriæ,
filij Aſiei, filij Marimoth, filij Arna, filij Oziæ,
filij Borith, filij Abiſei, filij Phinees, filij Elea-
zar, * filij Aaron ex tribu Leui, qui fuit captiuus 3
in regione Medorum, in regno Artaxerxis regis
Perſarum. * Et factum eſt verbum Domini ad 4
me, dicens, * Vade, & nuntia populo meo faci- 5
nora ipſorum, & filijs eorum iniquitates, quas in
me admiſerunt, vt nuntient filijs filiorũ: * quia 6
peccata parentũ ipſorum in illis creuerunt. Ob-
liti enim mei ſacrificauerunt dijs alienis. * Nón- 7
ne ego eduxi eos de terra Ægypti de domo ſerui-
tutis? Ipſi autẽ irritauerunt me, & conſilia mea
ſpreuerunt. * Tu autem excute comam capitis 8
tui, & proiice omnia mala ſuper illos: quoniam
non obedierunt legi meæ. Populus autẽ eſt indi-
ſciplinatus. * Vſquequo eos ſuſtinebo, quibus 9
tanta beneficia contuli? * Reges multos propter 10
eos ſubuerti. Pharaonem cum pueris ſuis, & om- B
nem exercitum eius percuſſi. * Omnes gentes à 11
facie eorum perdidi, & in oriente prouinciarum
duarum populos Tyri & Sidonis diſsipaui, &
omnes aduerſarios eorum interfeci. * Tu verò 12
loquere ad eos, dicens, Hæc dicit Dominus:
* Nempe ego vos per mare tranſmeaui, & platéas 13
vobis initio munitas exhibui: ducem vobis dedi
Moyſen, & Aaron ſacerdotem: * lucem vobis per 14
columnã ignis præſtiti, & magna mirabilia feci
in vobis: vos autem mei obliti eſtis, dicit Domi-
nus. * Hæc dicit Dominus omnipotens: Co- 15
turnix vobis in ſigno fuit, caſtra vobis ad tutelã
dedi, & illic murmuraſtis: * & non triumphaſtis 16
in nomine meo de perditione inimicorũ veſtro-
17 rum, ſed adhuc nunc vſq; murmuraſtis. * Vbi
ſunt beneficia, quæ præſtiti vobis? Nónne in de-
18 ſerto cum eſuriretis, proclamaſtis ad me, * dicẽ-
tes, Vt quid nos in deſertum iſtud adduxiſti in-
19 terficere nos? melius nobis fuerat ſeruire Ægyp-
tijs, quàm mori in deſerto hoc. * Ego dolui ge-
20 mitus veſtros, & dedi vobis manna in eſcam. Pa- Sap. 16. c. 20.
nem angelorũ manducaſtis. * Nónne cùm ſiti- Num 20. b. 11. Eſai. 5. a. 4.
21 retis, petram excidi, & fluxerunt aquæ in ſaturi-
C tate? propter æſtus folijs arborũ vos texi. * Diuiſi
vobis terras pingues: Chananæos, & Pherezæos,
22 & Philiſthæos à facie veſtra proieci: quid faciam Exo. 15. d. 25.
vobis adhuc, *dicit Dominus?* * *Hæc dicit* Do-
minus omnipotens, In deſerto cùm eſſetis in flu-
23 mine Amorrhæo ſitientes, & blaſphemantes no-
men meum, * non ignem vobis pro blaſphemiis Exo. 32. b. 1.
24 dedi, ſed mittens lignum in aquam, dulce feci
flumen. * Quid tibi faciã Iacob? Noluiſti obe-
25 dire Iuda. Transferam me ad alias gentes, & dabo
cis nomẽ meũ, vt cuſtodiãt legitima mea. * Quo-
niam me dereliquiſtis, & ego vos derelinquam.
26 Petentibus vobis à me miſericordiam, non miſe-
rebor. * Quando inuocabitis me, ego non ex- Eſai. 1. d. 15.
audiam vos. Maculaſtis enim manus veſtras ſan-
27 guine, & pedes veſtri impigri ſunt ad commit-
28 tenda homicidia. * Non quaſi me dereliqui-
ſtis, ſed voſipſos, dicit Dominus. * Hæc dicit
Dominus omnipotens, Nónne ego vos rogaui,
29 vt pater filios, & vt mater filias, & vt nutrix par-
uulos ſuos, * vt eſſetis mihi in populũ & ego vo-
30 bis in Deum: & vos mihi in filios, & ego vobis in
D patrem? * Ita vos collegi, vt gallina pullos ſuos Mat. 23. d. 37
31 ſub alas ſuas. Modò autẽ quid faciã vobis? proii- Eſa. 66. a. 5.
ciam vos à facie mea. * Oblationem cùm mihi
attuleritis, auertam faciẽ meã à vobis. Dies enim
32 feſtos veſtros, & neomenias & circunciſiones re-
pudiaui. * Ego miſi pueros meos prophetas ad
vos

vos, quos acceptos interfeciſtis, & laniaſtis corpora eorum quorum ſanguinem exquiram, dicit Dominus. * Hæc dicit Dominus omnipotẽs, 33
Domus veſtra deſerta eſt. Proiiciam vos ſicut
ventus ſtipulam, *& filii procreationem non fa- 34
cient: quoniã mandatum meum neglexerunt, &
quod malum eſt coram me, fecerunt. * Tradam 35
domos veſtras populo venienti, qui me non au-
dientes credunt: quibus ſigna nõ oſtendi, facient
quæ præcepi. * Prophetas non viderunt, & me- 36
morabuntur iniquitatum eorum. * Teſtor po- 37
puli venientis gratiam, cuius paruuli exultant cũ
lætitia, me nõ videntes oculis carnalibus, ſed ſpi-
ritu credentes quæ dixi. * Et nunc frater aſpice, 38
quæ gloria: & vide populum venientẽ ab orien-
te, *quibus dabo ducatum Abraham, Iſaac, & 39
Iacob & Oſee, & Amos, & Michææ, & Ioel, &
Abdiæ, & Ionæ, * & Naum, & Habacuc, Sopho- 40
Mala.3. a.1. niæ, Aggæi, Zachariæ, & Malachiæ, qui & ange-
lus Domini vocatus eſt.

CAP. II.

HÆc dicit Dominus: Ego eduxi populum iſtũ 1
de ſeruiture, quibus mandata dedi per pue- A
ros meos prophetas quos audire noluerunt, ſed
irrita fecerunt mea conſilia. * Mater quæ eos ge- 2
nerauit dicit illis, Ite filij, quia ego vidua ſum &
derelicta. * Educaui vos cum lætitia, & amiſi 3
vo ſcum luctu & triſtitia, quoniam peccaſtis corã
Domino Deo veſtro, & quod malum eſt corã eo
feciſtis. * Modò autem quid faciam vobis? Ego 4
vidua ſum & derelicta: ite filij, & petite à Domi-
no miſericordiã. * Ego autẽ te pater teſtẽ inuo- 5
co ſuper matrem filiorum, qui noluerunt teſta-
mentum meum ſeruare, * vt des eis cõfuſionem, 6
& matrem eorum in direptionem, ne generatio
eorum fiat. * Diſpergantur in gentes nomina eo- 7
rum, deleantur à terra: quoniã ſpreuerunt ſacra-
mentum meum. * Væ tibi Aſſur, qui abſcondis 8
iniquos penes te. Gens mala, memorare quid fece
rim Sodomæ & Gomorrhæ, * quorum terra ia- 9
Gen.19. a.2. cet in piceis glebis & aggeribus cinerum. ſic dabo
eos, qui me non audierunt, dicit Dominus omni-
potens. * Hæc dicit Dominus ad Eſdram: Nun- 10
tia populo meo, quoniam dabo eis regnum Ieru-
ſalem, quod daturus eram Iſrael. * Et ſumam 11
mihi gloriam illorum, & dabo eis tabernacula æ-
terna, quæ præparaueram illis. * Lignum vitæ 12
erit illis in odore vnguenti, & non laborabunt, B
neq; fatigabuntur. *Ite, & accipietis. Rogate vo- 13
bis dies paucos, vt immorentur. Iam paratum 14
eſt vobis regnũ: vigilate. * Teſtare cælũ & terrã. 15
Contriui enim malum, & creaui bonũ, quia viuo
ego dicit Dominus. * Mater amplectere filios 16
tuos, educa illos cum lætitia. Sicut columba con-
firma pedes eorum: quoniã te elegi dicit Domi-
nus. * Et reſuſcitabo mortuos de locis ſuis, & de 17
monumentis educã illos, quoniã cognoui nomẽ
meũ in Iſrael. *Noli timere mater filiorum, quo- 18
niam te elegi dicit Dominus. *Mittam tibi adiu-
torium pueros meos Iſaiam & Icremiã, ad quorũ
conſiliũ ſanctificaui, & paraui tibi arbores duode
cim grauatas variis fructibus, *& totidem fontes 19
fluentes lac & mel: & montes immenſos ſeptem, Ezech. 47. d.1p.
habentes roſam & liliũ, in quibus gaudio imple-
bo filios tuos. * Viduam iuſtifica, pupillo iudica, 20
egenti da, orphanũ tuere, nudũ veſti, * confractũ 21
& debilem cura, claudum irridere noli, tutare mã-
cum, & cæcum ad viſionem claritatis meæ admit-
te. * Senem & iuuenem intra muros tuos ſerua: 22
* mortuos vbi inueneris ſignans commenda ſe- 23 Tobiæ 4.
pulchro, & dabo tibi primam ſeſſionẽ in reſurre-
ctione mea. *Pauſa & quieſce populus meus, quia 24
veniet requies tua. * Nutrix bona nutri filios 25
tuos, confirma pedes eorũ. * Seruos quos tibi de- 26
di, nemo ex eis interiet. eos ego enim requiram
de numero tuo. * Noli fatigari. Cũ enim venerit 27
dies preſſuræ & anguſtiæ, alij plorabunt & triſtes
erunt: tu autẽ hilaris & copioſa eris. *Zelabunt 28
gentes & nil aduerſus te poterũt, dicit Dominus.
* Manus meæ tegent te, ne filii tui gehennam 29
videant. * Iucundare mater cũ filiis tuis, quia e- 30
go te eripiã, dicit Dominus. * Filios tuos dormi-
entes memorare, quoniã ego eos educã de late-
ribus terræ, & miſericordiam cum illis faciã: quo-
niã miſericors ſum, dicit Dominus omnipotens.
* Amplectere natos tuos vſq; dum venio, & præ- 32
ſtem illis miſericordiam: quoniã exuberãt fontes
mei; & gratia mea non deficiet. *Ego Eſdras pre- 33
ceptum accepi à Domino in monte Oreb, vt iré
ad Iſrael: ad quos cũ veniré, reprobauerũt me, &
reſpuerunt mandatum Domini. *Ideoque vobis 34
dico gentes, quæ auditis, & intelligitis, Expectate
paſtorẽ veſtrum, requiem æternitatis dabit vo-
bis: quoniam in proximo eſt ille qui in fine ſe- 35
culi aduenict. * Parati eſtote ad præmia regni,
quia lux perpetua lucebit vobis per æternitatem
tẽporis. * Fugite vmbram ſeculi huius: accipite 36
iucunditatẽ gloriæ veſtræ. Ego teſtor palã ſalua-
torem meum. *Commendatũ donum accipite 37
& iucundamini, gratias agentes ei qui vos ad cæ-
leſtia regna vocauit. * Surgite, & ſtate, & videte 38
D numerum ſignatorum in conuiuio Domini.
* Qui ſe de vmbra ſeculi tranſtulerunt, ſplendi- 39
das tunicas à Domino acceperunt. * Recipe Sió 40
numerum tuum, & conclude candidatos tuos
qui legem Domini compleuerunt. * Filiorum 41
tuorum quos optabas plenus eſt numerus. Roga
imperium Domini vt ſanctificetur populus tuus Ipſe
qui vocatus eſt ab initio. *Ego Eſdras vidi in 42 op.
monte Sion turbam magnam, quã numerare nõ
potui, & omnes canticis collaudabant Dominũ.
* Et in medio eorum erat iuuenis ſtatura celſus, 43
eminentior

eminentior omnibus illis, & ſingulis eorum capi-
tibus imponebat coronas, & magis exaltabatur.
Ego autem miraculo tenebar. * Tunc interogaui 44
angelum, & dixi, Qui ſunt hi Domine? * Qui 45
reſpondens dixit mihi, Hi ſunt qui mortalem tu-
nicam depoſuerunt, & immortalem ſumpſerunt,
& confeſſi ſunt nomen Dei. Modò coronantur, &
accipiunt palmas. *Et dixi angelo, Ille iuuenis 46
quis eſt, qui eis coronas imponit, & palmas in
manus tradit? *Et reſpondens dixit mihi, Ipſe 47
eſt filius Dei, quem in ſeculo confeſsi ſunt: ego au
tẽ magnificare eos cœpi, qui fortiter pro nomine
Domini ſteterunt. * Tunc dixit mihi angelus, 48
Vade, annuntia populo meo, qualia & quanta
mirabilia Domini Dei vidiſti.

CAP. III.

ANno triceſimo ruinæ ciuitatis eram in Baby- 1
lone, & conturbatus ſum ſuper cubiculo meo A
recũbens, & cogitationes meæ aſcendebant ſuper
cor meum: * quoniam vidi deſertionem Sion, & 2
abundantiam eorum qui habitabant in Baby-
lone. * & ventilatus eſt ſpiritus meus valde, & 3
cœpi loqui ad Altiſsimum verba timorata, * & 4
dixi, O dominator Domine, tu dixiſti ab initio,
Gen.3. a.2. quando plantaſti terram, & hoc ſolus, & impera-
ſti põpulo, * & dediſti Adam corpus mortuum: 5
ſed & ipſum figmentũ manuũ tuarum erat, & in-
ſufflaſti in eum ſpiritum vitæ, & factus eſt viuens
Gen.6. a.12. coram te, * & induxiſti eum in paradiſo, quem 6
plantauerat dextera tua antequàm terra aduen-
taret. *Et huic mandaſti diligere viam tuam, 7
& præteriuit eam, & ſtatim inſtituiſti in eo mor-
tem, & in nationibus eius, & natæ ſunt gentes, &
tribus, & populi, & cognationes quarum non eſt
Gen.6. a.12. numerus. *Et ambulauit vnaquæq; gens in vo- 8
luntate ſua, & mira agebant corã te, & ſpernebãt
præcepta tua. *Iterum autem in tempore indu- 9
Gen.7.b. 10. xiſti diluuiũ ſuper inhabitantes ſeculum, & per- B
didiſti eos. * Et factũ eſt in vnoquoq; eorum, ſi- 10
cut Adæ mori, ſic his diluuiũ. * Dereliquiſti autẽ 11
1. Pet. 3. d.20. vnum ex his Noẽ cũ domo ſua, & ex eo iuſti om-
nes. *Et factũ eſt cùm cœpiſſent multiplicari, qui 12
habitabant ſuper terrã, & multiplicauerunt filios
& populos & gentes multas: & cœperunt iteratò
impietatem facere plus quã priores. * Et factum 13
Gen.12. a.1. eſt cùm iniquitatem facerent corã te, elegiſti tibi
virũ ex his cui nomen erat Abrahã. * Et dilexiſti 14
eum & demonſtraſti ei ſoli voluntatem tuam: *& 15
diſpoſuiſti ei teſtamentũ æternum, & dixiſti ei vt
non vnquã derelinqueres ſemen eius. Et dediſti
Gen.11. a.1. Rom. 9. b.7. Gen.25. d.21. Exod. 19.a.1. Deu.4. b.10. ei Iſaac, & Iſaac dediſti Iacob, & Eſau. * Et ſe- 16
gregaſti tibi Iacob, Eſau autem ſeparaſti. Et factus
eſt Iacob in multitudine magna. *Et factũ eſt cũ 17
educeres ſemen eius ex Ægypto, adduxiſti ſuper
montem Sina. *Et inclinaſti cælos, & ſtatuiſti 18
terram, & commouiſti orbem, & tremere feciſti
19 abyſſos, & cõturbaſti ſeculũ, *& trãſiit gloria tua
C portas quatuor ignis & terræmotus, & ſpiritus, &
gelu, vt dares ſemini Iacob legem, & generationi
20 Iſrael diligentiam. * Et non abſtuliſti ab eis cor
21 malignum, vt faceret lex tua in eis fructum. *Cor
enim malignũ baiulans primus Adã tranſgreſſus
22 & victus eſt, ſed & omnes qui de eo nati ſunt. *Et
facta eſt permanens infirmitas, & lex cum corde
populi, cum malignitate radicis, & diſceſſit quod
23 bonũ eſt, & manſit malignũ. *Et tranſierunt tem
pora, & finiti ſunt anni: & ſuſcitaſti tibi ſeruũ
24 nomine Dauid, * & dixiſti ei ædificare ciuitatẽ
nominis tui, & offerre tibi in eadẽ thus & oblati-
25 ones. * & factũ eſt hoc annis multis, & delique-
26 runt qui habitabant ciuitatem, *in omnibus fa-
cientes ſicut fecit Adam & omnes generationes
27 eius. vtebantur enim & ipſi corde maligno. *Et
tradidiſti ciuitatem tuã in manibus inimicorum
Ier. 10. d.25. 28 tuorũ. * Nunquid meliora faciunt, qui habitant
Babylonem? Et propter hoc dominabitur Sion?
29 * Factum eſt cùm veniſſem huc, & vidiſſem im-
D pietatesquarum nõ eſt numerus: & delinquentes
multos vidit anima mea hoc triceſimo anno, &
30 exceſsit cor meum: * quoniam vidi quomodò ſu-
ſtines eos peccãtes, & pepercíſti impiè agentibus,
& perdidiſti populum tuum, & conſeruaſti ini-
31 micos tuos, & non ſignificaſti. * Nihil memini
quomodo debeat derelinqui via hæc. Nunquid
32 meliora facit Babylon quàm Sion? * aut alia gens
cognouit te præter Iſrael? aut quæ tribus credi-
33 derunt teſtamentis tuis, ſicut Iacob? * Quarum
merces non comparuit, neque labor fructificauit.
Pertranſiens enim pertranſiui in gentibus, & vi-
di abundantes eas, & non memorantes mandato-
34 rum tuorum. *Nunc ergo pondera in ſtatéra no-
ſtras iniquitates, & eorum qui habitant in ſe-
culo: & non inuenietur nomẽ tuum, niſi in Iſrael.
35 * Aut quando non peccauerunt in conſpectu
tuo, qui habitant terram? aut quæ gens ſic ob-
36 ſeruauit mandata tua? *Hos quidem per nomi-
na inuenies ſeruaſſe mandata tua, gentes autem
non inuenies.

CAP. IIII.

1 ET reſpondit ad me angelus, qui miſſus eſt ad
2 E me, cui nomẽ Vriel, * & dixit mihi, Excedens
A exceſsit cor tuũ in ſeculo hoc, & comprehendere
3 cogitas viã Altiſsimi. *Et dixi, Ita Domine meus.
Et reſpondit mihi, & dixit, Tres vias miſſus ſum
oſtẽdere tibi, & tres ſimilitudines proponere corã
4 te. *de quibus mihi ſi renuntiaueris vnam ex
his, & ego tibi demonſtrabo viam quam deſyde-
ras videre, & docebo te, vnde ſit cor malignum.
5 * Et dixi: Loquere Domine meus. Et dixit ad
me, Vade, pondera mihi ignis pondus, aut men-
ſura mihi flatũ venti, aut reuoca mihi diẽ quę præ-
6 teriit. * Et reſpondi, & dixi, Quis natorũ poterit
facere

facere, vt me interroges de his? *Et dixit ad me, 7
Si essem interrogans te, dicens, Quantæ habitationes sunt in corde maris, aut quantæ venæ sunt in principio abyssi, aut quantæ venæ sunt super firmamentum, aut qui sunt exitus paradisi: *dic- 8
ceres mihi fortasis, in abyssum non descendi, neque in infernũ adhuc, neque in cælum vnquam ascendi. *nunc autem non interrogaui te, nisi 9
de igne, & vento, & die, per quem transisti, & à quibus separari non potes: & non respondisti mihi de eis. *Et dixit mihi, Tu quæ tua sunt, te- 10
cum coadolescentia, non potes cognoscere: *& 11
quomodo poterit vas tuum capere Altissimi viã, & iam exterius corrupto seculo intelligere corruptionem euidentem in facie mea? *Et dixi illi, 12
Melius erat nos nõ esse, quã adhuc viuentes viue-
Iud. 9.b. 8.1. Pa. 35.c.15. re in impietatibus, & pati, & nõ intelligere de
qua re. *Et respondit ad me, & dixit, Profici- 13
scens profectus sum ad syluam lignorum campi,
*& cogitauerunt cogitationem, & dixerunt, Ve- 14
nite & eamus, & faciamus ad mare bellum, vt re-B
cedat corã nobis, & faciamus nobis alias syluas.
*Et similiter fluctus maris & ipsi cogitauerunt 15
cogitationẽ, & dixerunt, Venite ascendentes, debellemus syluas campi, vt & ibi consummemus nobismetipsis aliam regionem. *Et factus est 16
cogitatus syluæ in vanum. venit enim ignis, &
consumpsit eam. *Similiter & cogitatus flu- 17
ctuum maris. stetit enim arena, & prohibuit eos.
*Si enim esses iudex horum, quem inciperes iu- 18
stificare, aut quẽ condemnare? *Et respondi, & 19
dixi, Vtiq, vanam cogitationẽ cogitauerunt. terra enim data est syluæ, & mari locus portare fluctus suos. *Et respondit ad me, & dixit, Bene tu iudi- 20
casti, & quare nõ iudicasti tibimetipsi? *Quẽad- 21
modum enim terra syluæ data est, & mare fluctibus suis: sic qui super terram inhabitãt, quæ sunt super terram intelligere solummodo possunt: & qui super cælos, quæ super altitudinem cælorum.
*Et respondi, & dixi, Deprecor te Domine, vt 22
mihi detur sensus intelligendi. *non enim volui C
interrogare de superioribus tuis, sed de his quæ 23
per transeunt per nos quotidie. propter quid Israel datus in opprobriũ gentibus, quem dilexisti populum, datus est tribubus impiis, & lex patrũ nostrorum in interitum deducta est, & dispositiones scriptæ nusquam sunt: *& pertrãsiuimus de 24
seculo, vt locustæ, & vita nostra stupor & pauor, & nec digni sumus misericordiã consequi. *Sed 25
quid faciet nomini suo quod inuocatũ est super nos? & de his interrogaui. *Et respondit ad me, 26
& dixit, Si fueris plurimũ scrutatus, frequenter miraberis: quoniam festinans festinat seculũ pertransire, *& non capit portare quæ in futuris 27
temporibus iustis repromissa sunt: quoniam plenum iniustitia est seculum hoc & infirmitatibus.
*De quibus autem interrogas, dicam: seminatũ 28
enim est malum, & necdum venit destructio ip-
sius. *Si ergo non inuersum fuerit quod semina- 29
tum est, & discesserit locus vbi seminatum est malum, non veniet vbi seminatum est bonũ. *Quo- 30
niam gramen seminis mali seminatum est in corde Adã ab initio: & quantũ impietatis generauit
vsq; nunc, & generat vsque cùm veniat area? *Æ- 31
stima autem apud te gramen mali seminis, quantum fructum impietatis generauit, *quando se- 32
catæ fuerint spicæ, quarum non est numerus, quã
magnam aream incipient facere? *Et respondi, 33
& dixi, Quomodo, & quando hæc? Quare mo- Quæ.
dici & mali anni nostri? *Et respondit ad me, & 34
dixit mihi, Non festines tu super altissimum. Tu enim festinas inaniter esse super ipsum. nam excessus tuus multus. *Nonne de his interrogauerunt animæ iustorũ in promptuariis suis, dicentes, Vsquequo spero sic? & quando veniet fructus 35
36 areæ mercedis nostræ? *Et respondit ad ea Ieremiel archangelus, & dixit, Quando impletus fuerit numerus seminum in vobis, quoniam in
37 statéra ponderauit seculum, *& mensura mensurauit tempora, & numero numerauit tempora, & non commouit, nec excitauit vsquedũ impleatur
38 prædicta mensura. *Et respondi, & dixi, O Do-D minator Domine, sed & nos omnes pleni sumus
39 impietate. *Et ne fortè propter nos non impleatur iustorũ area, propter peccata inhabitantiũ su-
40 per terram. *Et respondit ad me, & dixit, Vade, et interroga prægnantẽ, siquando impleuerit nouẽ menses suos, adhuc poterit matrix eius retinere
41 partum in semetipsa? *Et dixi, Non potest Domine. Et dixit ad me, In inferno promptuaria animarum matrici assimilata sunt. *Quemadmo-
42 dũ enim illa festinat quæ parit, effugere necessitatem partus: sic & hæc festinat reddere ea quæ
43 cõmendata sunt. *Ab initio tibi demõstrabitur
44 de his quæ cõcupiscis videre. *Et respõdi, & dixi, Si inueni gratiam ante oculos tuos, & si possibile
45 est, & si idoneus sum, *demonstra mihi, si plusquam præteritum sit habet venire, aut plura per-
46 transierunt supra quàm futurum est. *Quid per-
47 transiuit, scio: quid autem futurũ sit, ignoro. *Et dixit ad me, Sta super dexteram partẽ, & demon-
48 strabo tibi interpretationem similitudinis. *Et steti, & vidi: & ecce fornax ardens transiit coram me. & factum est, cùm transiret flamma, vidi: &
49 ecce superauit fumus. *Post hæc transiit coram me nubes plena aquæ, & immisit pluuiã impetu multam. & cùm transisset impetus pluuiæ, fu-
50 perauerunt in ea guttæ. *Et dixit ad me, Cogita tibi, sicut crescit pluuia amplius quàm guttæ, & ignis quàm fumus: sic superabundauit quæ transiuit mensura. Superauerunt autem guttæ, et fu-
51 mus: *& oraui, & dixi, Putas viuo vsque in diebus

diebus illis? vel quid erit in diebus illis? *Respõ- 52
dit ad me, & dixit, De signis, de quibus me interrogas, ex parte possum tibi dicere, de vita autẽ tua non sum missus dicere tibi, sed nescio.

CAP. V.

DE signis autem: ecce dies venient, in quibus 1
apprehendẽtur qui inhabitant terram in cen A
su multo: & abscõdetur veritatis via: & sterilis erit à fide regio: *& multiplicabitur iniustitia 2
super hanc quam ipse tu vides, & super quam audisti olim: *& erit impositio vestigio quam nũc 3
vides regnare regionem, & videbunt eam desertam. *Si autẽ tibi dederit Altissimus viuere, vi- 4
debis post tertiã tubam, & relucescet subitò sol nocturnũ, & luna ter in die, *& de ligno sanguis stil 5
labit, & lapis dabit vocẽ suã, & populi cõmouebuntur: *& regnabit, quem non sperant qui in- 6
habitant super terram, & volatilia commigrationem faciẽt: *& mare Sodomiticũ pisces reiiciet, 7
& dabit vocem noctu, quã non nouerant multi. omnes autem audient vocem eius, *& chaos fiet 8
per loca multa, & ignis frequenter remittetur, & bestiæ agrestes transmigrabũt & mulieres mẽstruatæ pariẽt mõstra, *& in dulcibus aquis sal- 9
sæ inuenientur, & amici omnes semetipso expugnabunt: & abscondetur tunc sensus, & intellectus separabitur in prõptuariũ suũ: *& quære- 10
tur à multis, & nõ inuenietur: & multiplicabitur iniustitia, & incontinẽtia super terrã. *Et inter- 11
rogabit regio proximã suã, & dicet, Nũquid per te pertrãsiit iustitia iustũ faciens? Et hoc negabit.
*Et erit in illo tẽpore, & sperabunt homines, & 12
nõ impetrabunt: laborabunt, & nõ dirigẽtur viæ eorũ. *Hęc signa dicere tibi permissum est mihi: 13
& si orareris iterũ & ploraueris, sicut & nunc, & ieiunaueris septem diebus, audies iteratò horum maiora. *Et euigilaui, & corpus meum horruit 14
valde: & anima mea laborauit, vt deficeret: *& B
tenuit me qui venit angelus, qui loquebatur in 15
me, & confortauit me, & statuit me super pedes.
*Et factũ est in nocte secunda, & venit ad me Sa- 16
lathiel dux populi, & dixit mihi, Vbi eras? & quare vultus tuus tristis? *An nescis, quoniã tibi cre 17
ditus est Israel in regione transmigrationis eorũ?
*Exurge ergo, & gusta panẽ, & non derelinquas 18
nos, sicut pastor gregẽ suum in manibus luporũ malignorum. *Et dixi ei, Vade à me, & non ap- 19
propies ad me. Et audiuit, vt dixi: & recessit à me. *Et ego ieiunaui diebus septẽ vlulans & plo 20
rans, sicut mihi mãdauit Vriel angelus. *Et factũ 21
est post dies septem, & iterũ cogitationes cordis mei molestæ erant mihi valde. *& resumpsit a- 22
nima mea spiritum intellectus: & iterum cœpi loqui coram Altissimo sermones, *& dixi, Do- 23
minator Domine ex omni sylua terræ, & omnibus arboribus eius, elegisti vineam vnicam: *Et 24
ex omni terra orbis, elegisti tibi foueam vnam: & ex omnibus floribus orbis elegisti tibi lilium
25 vnũ: *& ex omnibus abyssis maris, replesti tibi riuum vnũ: & ex omnibus ędificatis ciuitatibus,
26 sanctificasti tibimetipsi Siõ: *& ex omnibus creatis volatilibus, nominasti tibi columbã vnã & ex omnibus plasmatis pecoribus, prouidisti tibi ouẽ
27 vnam: *& ex omnibus multiplicatis populis, acquisiuisti tibi populum vnum: & ab omnibus probatã legem donasti huic, quẽ desyderasti po-
28 pulo. *Et nunc Domine, vt quid tradidisti vnũ pluribus? Et præparasti super vnam radicẽ alias,
29 & dispersidisti vnicũ tuum in multis: *& con-C culcauerunt eũ, qui contradicebant spõsionibus
30 tuis, quiq́ue tuis testamentis nõ credebant. *Et si odiens odisti populũ tuum, tuis manibus de-
31 bet castigari. *Et factũ est, cũ locutus essem sermones, & missus est angelus ad me, qui antè ve-
32 nerat ad me pręterita nocte, *& dixit mihi, Audi me, & instruam te: & intende mihi, & adiiciam
33 corã te. *Et dixi, Loquere Domine meus. Et dixit ad me, Valde tu in excessu mentis factus es pro
34 Israel: an plus dilexisti eũ, quàm qui eũ fecit? *Et dixi ad eum, Non Domine, sed dolens locutus sum. Torquent enim me renes mei per omnẽ horã, quærentẽ apprehendere semitam Altissimi, &
35 inuestigare partem iudicij eius. *Et dixit ad me, Nõ potes. Et dixi, Quare Domine? Ad quid nascebar, aut quare nõ fiebat matrix matris meę mihi sepulchrũ vt non viderẽ laborẽ Iacob, & de-
36 fatigationẽ generis Israel? *Et dixit ad me, Numera mihi quæ necdum venerãt, & collige mihi dispersas guttas, & reuirida mihi aridos flores,
37 *& aperi mihi clausa prõptuaria, & produc mihi inclusos in eis flatus, demõstra mihi vocis imaginẽ: & tunc ostendam tibi laborẽ quem rogas vi-
38 dere. *Et dixi, Dominator Domine, quis enim est qui potest hæc scire, nisi qui cum hominibus habitationem nõ habet? *Ego autem insipiens, &
39 quomodò potero dicere de his, quibus me interrogasti? *Et dixit ad me, Quomodò non potes facere vnum de his quæ dicta sunt: sic nõ poteris
40 inuenire iudicium meum, aut in fine charitatem, quã populo promisi. *Et dixi, Sed ecce Domine
41 tu propè es his qui in finem sunt: & quid facient D qui ante me fuerunt, aut nos, aut hi qui post nos?
42 *Et dixit ad me, Coronę assimilabo iudiciũ meũ. Sicut non nouissimorum tarditas, sic nec priorũ
43 velocitas. *Et respondi, & dixi, Nec poteras facere eos qui facti sunt, & qui sunt, & qui futuri sunt, in vnum, vt celerius iudicium tuũ ostẽdas?
44 *Et respondit ad me, & dixit, Non potest festinare creatura super creatorem, nec sustinere secu-
45 lum eos qui in eo creandi sunt in vnum. *Et dixi, Quomodo dixisti seruo tuo, quoniam viuificans viuificasti à te creatam creaturã in vnum,

&

& ſuſtinebat creatura: poterit & nũc portare præ-
ſentes in vnum. ‡ Et dixit ad me, Interroga ma- 46
tricem mulieris, & dices ad eam, Et ſi paris, qua-
re per tẽpus? Roga ergo eam, vt det decẽ in vnũ.
‡ Et dixi, Non vtiq; poterit: ſed ſecundũ tẽpus. 47
‡ Et dixit ad me, Et ego dedi matricem terræ his 48
qui ſeminati ſunt ſuper eã per tempus. ‡ Quem- 49
admodũ enim infans nõ parit ea, quæ ſenũ ſunt:
ſic ego diſpoſui à me creatũ ſeculum. ‡ Et interro 50
gaui, & dixi, Cũ iã dederis mihi viã, loquar corã
te: nam mater noſtra, de qua dixiſti mihi, adhuc
iuuenis eſt: iam ſenectuti appropinquat. ‡ Et re- 51
ſpõdit ad me, & dixit, Interroga eam quæ parit,
& dicet tibi. ‡ Dices enim ei, Quare quos pepe- 52
riſti, nunc non ſunt ſimiles his qui ante te, ſed mi
nores ſtatura? ‡ Et dicet tibi & ipſa, Alij ſunt qui 53
in iuuentute virtutis nati ſunt: & alij qui ſub tẽ-
pore ſenectutis, deficiente matrice ſunt nati. ‡ Cõ- 54
ſydera ergo & tu, quoniã minori ſtatura eſtis præ
his qui ante vos: ‡ & qui poſt vos, minori quàm 55
vos, quaſi iam ſeneſcentes creaturæ, & fortitudi-
nem iuuentutis prætereuntes. Et dixi, Rogo Do-
mine, ſi inueni gratiã ante oculos tuos, demõſtra
ſeruo tuo, per quem viſites creaturam tuam.

CAP. VI.

ET dixit ad me, Initio terreni orbis, & antequã 1
eſtarent exitus ſeculi, & antequam ſpirarent A
conuentiones ventorũ, ‡ & antequã ſonarẽt vo- 2
ces tonitruum, & antequam ſplenderent nitores
coruſcationũ, & antequam confirmarentur fun-
damenta paradiſi, ‡ & antequam viderentur de- 3
cori flores, & antequam confirmarentur motæ
virtutes, & antequam colligerentur innumerabi-
les militiæ angelorum. ‡ & antequã extolleren- 4
tur altitudines aëris, & antequam nominarentur
menſuræ firmamentorum, & antequam æſtua-
rent camini in Sion, ‡ & antequam inueſtigarẽ- 5
tur præſentes anni, & antequam abalienarentur
eorũ qui nunc peccant adinuentiones, & conſi-
gnati eſſent qui fidẽ theſaurizauerũt: ‡ tũc cogi- 6
taui, & facta ſunt per me ſolum, & nõ per alium:
& finis per me, & non per alium. ‡ Et reſpondi, 7
& dixi, Quæ erit ſeparatio temporum? aut quan-
do prioris finis, & ſequentis initium? ‡ Et dixit 8
ad me, Ab Abrahã vſq; ad Iſaac, quando nati ſunt
ab eo Iacob & Eſau, manus Iacob tenebat ab ini-
tio calcaneũ Eſau: ‡ finis enim huius ſeculi Eſau, 9
& principium ſequentis Iacob. ‡ Hominis ma- 10
nus inter calcaneum & manum. Aliud noli quæ-
rere Eſdra. ‡ Et reſpõdi, & dixi, O dominator Do 11
mine, ſi inueni gratiã ante oculos tuos, ‡ oro vt 12
demõſtres ſeruo tuo finẽ ſignorũ tuorũ quorum
partem mihi demõſtraſti nocte præcedenti. ‡ Et 13
reſpondit, & dixit ad me, Surge ſuper pedes tuos,
& audi vocem pleniſsimam ſonitus. ‡ Et erit ſi- 14
cut commotio, nec commouebitur locus, in quo
ſtes ſuper eum. ‡ Ideo cùm loquitur, tu non ex- 15
paueas, quoniam de fine verbum & fundamentũ
terræ intelligitur, ‡ quoniam de ipſis ſermo tre- 16
B miſcit & commouetur. ſcit enim quoniam finem
corum oportet cõmutari. ‡ Et factum eſt, cùm 17
audiſſem, ſurrexi ſuper pedes meos, & audiui: &
ecce vox loquens, & ſonus eius ſicut ſonus aqua-
rum multarum, ‡ & dixit, Ecce dies veniunt, & 18
erit quando appropinquare incipiam, vt viſitem
habitãtes in terra: ‡ & quando inquirere inci- 19
piam ab eis qui iniuſtè nocuerunt iniuſtitia ſua,
& quando ſuppleta fuerit humilitas Sion. ‡ & cũ 20
ſuperſignabitur ſeculum quod incipiet pertran-
ſire, hæc ſigna faciam, Libri aperientur ante facié
firmamenti, & omnes videbunt ſimul, ‡ & anni- 21
culi infantes loquentur vocibus ſuis, & prægnã-
tes immaturos parient infantes trium & quatuor
menſium, & viuent, & ſuſcitabuntur. ‡ Et ſubi- 22
tò apparebũt ſeminata loca non ſeminata, & ple-
na promptuaria ſubitò inuenientur vacua: ‡ & 23
tuba canet cum ſono, quam cùm omnes audie-
rint, ſubitò expaueſcent. ‡ Et erit in illo tempo- 24
re, debellabũt amici amicos vt inimici, & expaue-
ſcet terra cum his: & venæ fontium ſtabunt, &
non decurrẽt in horis tribus: ‡ & erit, omnis qui 25
derelictus fuerit ex omnibus iſtis quibus prædixi
tibi, ipſe ſaluabitur, & videbit ſalutare meum,
& finem ſeculi veſtri. ‡ Et videbunt qui recepti 26
ſunt homines, qui mortẽ non guſtauerunt à na-
tiuitate ſua, & mutabitur cor inhabitantium, &
conuertetur in ſenſum alium. ‡ Delebitur enim 27
malum, & extinguetur dolus. ‡ Florebit autem 28
fides, & vincetur corruptela, & oſtendetur veri-
tas quæ ſine fructu fuit diebus tantis. ‡ Et factũ 29
eſt, cùm loqueretur mihi, & ecce paulatim intue-
bar ſuper eũ ante quem ſtabã, ‡ Et dixit ad me 30
hæc, Veni tibi oſtendere tempus venturæ noctis.
‡ Si ergo iterum rogaueris, & iterum ieiunaueris 31
ſeptem diebus, iterum tibi renuntiabo horum
maiora per diem quàm audiui. ‡ Audita eſt enim 32
C vox tua apud Altiſſimum. Vidit enim fortis dile-
ctionem tuam, & prouidit pudicitiam, quam à
iuuentute tua habuiſti: ‡ & propter hoc miſit me 33
demonſtrare tibi hæc omnia, & dicere tibi: Con-
fide, & noli timere, ‡ & noli feſtinare cum prio- 34
ribus temporibus cogitare vana, vt non prope-
res à nouiſsimis temporibus. ‡ Et factum eſt poſt 35
hæc, & fleui iterum: & ſimiliter ieiunaui ſeptem
diebus, vt ſuppleam tres hebdomadas, quæ di-
ctæ ſunt mihi. ‡ Et factũ eſt in octaua nocte, & 36
cor meum turbabatur iteratò in me, & cœpi lo-
qui coram Altiſsimo. ‡ Inflammabatur enim ſpi 37
ritus meus valde, & anima mea anxiabatur. ‡ & 38
dixi, O Domine, loquens locutus es ab initio
creaturæ in primo die dicens, Fiat cælum & ter-
ra: & tuum verbum opus perfectum. ‡ Et erat 39

tunc

tunc ſpiritus, & tenebræ circunferebantur, & ſi-
lentium, ſonus vocis hominis nondum erat abs
te. ‡ Tunc dixiſti de theſauris tuis proferri lumẽ 40
luminoſum, quo appareret opus tuum. ‡ Et die 41
ſecundo creaſti ſpiritum firmamẽti, & imperaſti
ei vt diuideret & diuiſionem faceret inter aquas,
vt pars quædã ſurſum recederet, pars verò deor-
ſum maneret. ‡ Et tertia die imperaſti aquis cõ- 42
gregari in ſeptima parte terræ: ſex verò partes ſic-
caſti & conſeruaſti, vt ex his ſint coram te mini-
ſtrantia ſeminata à Deo, & culta. ‡ Verbum 43
enim tuum proceſsit, & opus ſtatim fiebat.
‡ Proceſsit enim ſubitò fructus multitudinis 44
immenſus, & concupiſcentiæ guſtus multifor-
mes, & flores colore immutabili, & odores odora
menti inueſtigabilis. & die tertia hęc facta ſunt.
‡ Quarta autem die imperaſti fieri ſolis ſplendo- 45
rem, lunæ lumen, ſtellarũ diſpoſitionẽ. ‡ Et im- 46
peraſti eis, vt deſeruirent futuro plaſmato ho-
mini. ‡ Quinto autem die dixiſti ſeptimæ parti, 47
vbi erat aqua congregata, vt procrearet animalia, & volatilia, & piſces: & ita fiebat. ‡ Aqua 48
muta, & ſine anima quæ Dei nutu iubebantur,
animalia faciebat, vt ex hoc mirabilia tua natio-
nes enarrent. ‡ Et tunc conſeruaſti duas animas: 49
nomen vni vocaſti Henoch, & nomen ſecundæ
vocaſti Leuiathan, ‡ & ſeparaſti ea ab alterutro. 50
Non enim poterat ſeptima pars, vbi erat aqua
congregata, capere ea. ‡ Et dediſti Henoch v- 51
nam partem, quæ ſiccata eſt tertio die, vt habi-
tet in ea vbi ſunt montes mille. ‡ Leuiathan au- 52
tem dediſti ſeptimam partẽ humidam, & ſeruaſti
eam, vt fiat in deuorationem quibus vis, & quã-
do vis. ‡ Sexto autem die imperaſti terræ, vt crea- 53
ret coram te iumenta, & beſtias, & reptilia: ‡ & 54
ſuper his Adam, quem conſtituiſti ducem ſuper
omnibus factis quæ feciſti, & ex eo educimur
nos omnes, quemque elegiſti populũ. ‡ Hęc au- 55
tem omnia dixi corã te Domine, quia propter nos
creaſti ſeculũ. ‡ Reſiduas autem gẽtes ab Adam 56
natas dixiſti eas nil eſſe, & quoniam ſaliuæ aſsi-
milatæ ſunt, & quaſi ſtillicidium de vaſe ſimila-
ſti abundantiam eorũ. ‡ Et nunc Domine, ecce, 57
iſtæ gentes, quæ in nihilum deputatæ ſunt; cœ-
perunt dominari noſtri, & deuorare: ‡ nos autẽ 58
populus tuus quem vocaſti primogenitum vni-
genitum æmulatorem tuum, traditi ſumus in
manibus eorum: ‡ & ſi propter nos creatum 59
eſt ſeculum, quare non hæreditatem poſsidemus
cum ſeculo? Vſquequo hæc.

CAP. VII.

ET factum eſt, cùm finiſſem loqui verba hæc, 1
miſſus eſt ad me angelus qui miſſus fuerat ad A
me primis noctibus, ‡ & dixit ad me, Surge Eſ- 2
dra, & audi ſermones quos veni loqui ad te. ‡ Et 3
dixi, Loquere Deus meus. Et dixit ad me, Mare
poſitum eſt in ſpatioſo loco, vt eſſet altum &
immenſum: ‡ erit autem ei introitus in anguſto 4
loco poſitus, vt eſſet ſimilis fluminibus. ‡ Quis 5
enim volens voluerit ingredi mare, & videre eũ,
vel dominari eius: ſi non tranſierit anguſtum, in
latitudinẽ quomodò venire poterit? ‡ Itẽ aliud, 6
Ciuitas eſt ædificata, & poſita in loco campeſtri:
eſt autem plena omnium bonorum. ‡ introitus 7
eius anguſtus & in præcipiti poſitus, vt eſſet à
dexteris quidẽ ignis, à ſiniſtris aqua alta: ‡ ſemita 8
autem eſt vna ſola inter eos poſita, hoc eſt, inter
ignem & aquam, vt non capiat ſemita, niſi ſo-
lummodò veſtigium hominis. ‡ Si autẽ dabitur 9
ciuitas homini in hęreditatem, ſi nunquam an-
tepoſitum periculum pertranſierit, quomodò
accipiet hæreditatẽ ſuam? ‡ Et dixi, Sic Domine. 10
Et dixit ad me, Sic eſt & Iſrael pars. ‡ Propter 11
eos enim feci ſeculum: & quando tranſgreſſus
eſt Adã cõſtitutiones meas, iudicatum eſt quod
factum eſt. ‡ Et facti ſunt introitus huius ſeculi 12
anguſti, & dolentes, & laborioſi: pauci autem &
mali, & periculorũ pleni, & labore magnopere
fulti. ‡ nã maioris ſeculi introitus ſpatioſi & ſe- 13
curi, & faciẽtes immortalitatis fructũ. ‡ Si ergo 14
ingredientes non fuerunt ingreſſi qui viuunt,
anguſta & vana hæc: non poterunt recipere quę
ſunt repoſita. ‡ Nunc ergo quare tu conturba- 15
ris, cùm ſis corruptibilis? & quid mouẽris tu, cũ
ſis mortalis: ‡ Et quare non accepiſti in corde 16
tuo quod eſt futurum, ſed quod in præſenti?
‡ Reſpõdi & dixi, Dominator Domine, ecce diſ- 17
poſuiſti lege tua, quoniã iuſti hæreditabunt hæc,
impij autẽ peribunt. ‡ Iuſti autem ferent angu- 18
ſta, ſperantes ſpatioſa: qui enim impiè geſſerunt,
& anguſta paſsi ſunt, & ſpatioſa non videbunt.
‡ Et dixit ad me, Nõ eſt iudex ſuper Deum, neq; 19
B intelligens ſuper Altiſsimum. ‡ Pereunt enim
multi præſentes, quia negligitur quæ antepoſita 20
eſt Dei lex. ‡ Mandans enim mandauit Deus ve- 21
nientibus, quãdo venerunt, quid facientes viue-
rent, & quid obſeruãtes nõ punirentur. ‡ Hi au- 22
tẽ nõ ſunt perſuaſi, & contradixerunt ei, & cõſti-
tuerunt ſibi cogitamẽ vanitatis, ‡ & propoſue- 23
runt ſibi circunuentiones delictorũ, & ſuperdi-
xerunt Altiſsimo nõ eſſe, & vias eius nõ cogno-
uerunt, ‡ & legem eius ſpreuerũt, & ſponſiones 24
eius abnegauerũt, & in legitimis eius fidem non
habuerũt, & opera eius nõ perfecerunt. ‡ propter 25
hoc Eſdra vacua vacuis, & plena plenis. ‡ Ecce 26
tempus veniet, & erit quando venient ſigna quæ
prædixi tibi, & apparebit ſponſa, & appareſcens
oſtendetur quæ nunc ſubducitur terra: ‡ & om- 27
nis qui liberatus eſt de prædictis malis, ipſe vide-
bit mirabilia mea. ‡ Reuelabitur enim filius 28
meus IESVS cum his qui cum eo ſunt, & iu-
cundabuntur qui relicti ſunt in annis quadrin-

gentis. * Et erit post annos hos, & morietur fi- 29
lius meus CHRISTVS, & omnes qui spiramen-
tũ habent homines: * & cõuertetur seculum in 30
antiquũ silentium diebus septẽ, sicut in prio-
ribus iudiciis, ita vt nemo derelinquatur. * Et erit 31
post dies septem, & excitabitur quod nondum
vigilat seculum, & morietur corruptũ; * & terra 32
reddet quæ in ea dormiunt & puluis qui in eo
silentio habitant, & promptuaria reddent quæ
eis commendatæ sunt animæ. * Et reuelabitur 33
Altissimus super sedem iudicij, & pertranſibunt
miseriæ, & longanimitas congregabitur. * Iu- 34
dicium autem solum remanebit, veritas stabit &
fides conualescet, * & opus subsequetur, & 35
merces ostenderetur, & iustitiæ vigilabunt, & in-
iustitiæ nõ dominabuntur. * Et dixi, Primus A- 36
Gen.18. brahã propter Sodomitas orauit, & Moyses pro C
c.25. Exo.32. patribus qui in deserto peccauerunt, * & qui 37
c.11. 2.Re.24 c.17. post eum pro Israel in diebus Achaz, & Samue-
2.Par.6. c.14. lis: * & Dauid pro confractione, & Salomon pro 38
3.Re.8. d.22 & 28.d.25. eis qui venerunt in sanctificationem, * & Elias 39
4.Re.19. c.15. pro his qui pluuiam acceperunt, & pro mortuo
vt viueret, * & Ezechias pro populo in diebus 40
Sennacherib, & multi pro multis. * Si ergo mo- 41
do quando corruptibile increuit, & iniustitia
multiplicata est, & orauerunt iusti pro impiis:
quare & nunc sic non erit? * Et respondit ad me, 42
& dixit, Præsens seculum non est finis, gloria in
eo frequens manet: propter hoc orauerunt pro
inualidis. * Dies enim iudicij erit finis temporis 43
huius, & initium temporis futuræ immortalita-
tis, in quo transiuit corruptela: * soluta est in- 44
temperantia, abscissa est incredulitas: creuit au-
tẽ iustitia, orta est veritas. * tunc enim nemo po- 45
terit saluare eum qui periit, neq; demergere qui
vicit. Et respondi, * & dixi, Hic est sermo meus 46
primus & nouissimus, quoniam melius erat non
dare terrã Adam, vel cùm iam dedisset, coërcere
eum vt non peccaret. * Quid enim prodest ho- 47
minibus in præsenti viuere in tristitia, & mor-
Rom.5. a.2. tuos sperare punitionem? * O tu quid fecisti 48
Adam? Si enim tu peccasti, non est factus solius
tuus casus, sed & noster qui ex te aduenimus.
* Quid enim prodest nobis si promissum est no- 49
bis immortale tempus: nos autẽ mortalia opera
egimus? * Et quoniã prædicta est nobis perennis 50
spes: nos verò pessimi vani facti sumus. * Et quo- 51
niam reposita sunt nobis habitacula sanitatis &
securitatis: nos verò malè cõuersati sumus. * Et 52
quoniam reposita est gloria Altissimi protegere
eos qui tardè conuersati sunt: nos autẽ pessimis
viis ambulauimus. * Et quoniã ostẽdetur paradi 53
sus, cuius fructus incorruptus perseuerat, in quo
est securitas & medela: * nos verò non ingredie- 54
mur. in ingratis enim locis cõuersati sumus. * Et 55
quoniam super stellas fulgebunt facies eorũ qui D

abstinentiam habuerunt: nostræ autem facies
56 super tenebras nigræ. * non enim cogitauimus
viuentes quando iniquitatem faciebamus, quòd
57 incipiemus post mortem pati. * Et respondit,
& dixit, Hoc est cogitamẽtum certaminis quod
58 certabit qui super terram natus est homo, * vt
si victus fuerit, patiatur quod dixisti: si autem
59 vicerit, recipiet quod dico: * quoniam hæc
est vita quam Moyses dixit, cùm viueret, ad po-
60 pulum, dicens, Elige tibi vitam, vt viuas. * Non Deu.
crediderunt autẽ ei, sed nec post eum prophetis: 49
61 sed nec mihi qui locutus sum ad eos. * quoniã
non esset tristitia in perditionem eorum, sicut fu
turum est gaudiũ super eos, quibus persuasa est
62 salus. * Et respondi, & dixi, Scio Domine, quo-
niã vocatus est Altissimus misericors in eo quòd
misereatur his qui nondũ in seculo aduenerunt,
63 * & quòd misereatur illis qui cõuersionem faciunt
64 in lege eius: * & longanimis est quoniã longa-
nimitatẽ præstat his qui peccauerunt quasi suis
65 operibus: * & munificus est, quoniã quidem dõ-
66 nare vult pro exigentiis: * & multę misericordię;
quoniã multiplicat magis misericordias his qui
præsentes sunt, & qui præterierunt, & qui futuri
67 sunt. * Si enim non multiplicauerit misericor-
dias suas, non viuificabitur seculum cum his qui
68 inhæreditabãt in eo. * Et dõnat: quoniam si nõ
donauerit de bonitate sua, vt alleuentur hi qui
iniquitatem fecerunt, de suis iniquitatibus non
poterit decies millesima pars viuificari hominũ.
69 * & iudex si non ignouerit his qui curati sunt
verbo eius, & deleuerit multitudinẽ contentio-
70 num: * non fortasis derelinquerentur in innu-
merabili multitudine, nisi pauci valde.

CAP. VIII.

1 ET respondit ad me, & dixit, Hoc seculum fe-
A cit Altissimus propter multos, futurum au-
2 tem propter paucos. * Dicam autem coram te
similitudinem Esdra. Quomodò autẽ interro-
gabis terrã, & dicet tibi, quoniã dabit terrã mul-
tam magis vnde fiat fictile, paruum autẽ puluerẽ
vnde aurum fit: sic & actus præsentis seculi.
3 * Multi quidem creati sunt, pauci autẽ saluabun-
4 tur. * Et respondi, & dixi, Absorbe ergo anima
5 sensum, & deuora quod sapit. * conuenisti enim
obaudire, & prophetare* volens'. Nec enim tibi
datum est spatium, nisi solummodò viuere.
6 * O Domine, si non permittes seruo tuo, vt ore-
mus coram te, & des nobis semen cordi, & sen-
sui culturam, vnde fructus fiat, vnde viuere
possit omnis corruptus, qui portabit locum ho-
7 minis? * Solus enim es, & vna plasmatio nos
8 sumus manuum tuarum, sicut locutus es: * &
quomodò nunc in matrice plasmatũ est corpus,
& præstas membra: conseruatur in igne & aqua
tua creatio: & nouem mensibus patitur tua
plasmatio

plasmatio tuam creaturam quæ in ea creata est:
9 * ipsum autem quod seruat, & quod seruatur, v-
traque seruabuntur: seruataq; quandoque iterum
10 reddit mattrix, quæ in ea creuerunt. * Impera-
sti enim ex ipsis membris, hoc est mamillis præ-
bere lac fructui mamillarum, * vt nutriatur id 11
quod plasmatum est vsque in tẽpus aliquod, &
12 postea disponas eum tuæ misericordiæ. * Enutri-
sti eum tua iustitia, & erudisti eum in lege tua, &
13 corripuisti eum tuo intellectu: * & mortificabis
eum, vt tuam creaturam: & viuificabis eum, vt
14 opus tuum. * Si ergo perdideris eum qui tantis
laboribus plasmatus est: tuo iussu facile est ordi-
15 nari, vt & id quod fiebat seruaretur. * Et nunc
Domine dicã, de omni homine tu magis scis: de
populo autem tuo, ob quẽ doleo: * & de hæredi- 16
tate tua, propter quam lugeo: & propter Israel,
propter quẽ tristis sum: & de Iacob, propter quẽ
doleo: * ideo incipiam orare corã te pro me, & 17
pro eis: quoniam video lapsus nostros qui in ha-
bitamus terram. * Sed audiui celeritatem iudicis 18
qui futurus est. * Ideò audi vocem meam, & in- 19
tellige sermonem meum, & loquar coram te Initiũ verborũ Esdræ priusquàm assumeretur: * & 20
dixi, Domine, qui inhabitas seculum, cuius oculi
eleuati in superna & aëre: * & cuius thronus 21
inestimabilis, & gloria incõprehensibilis cui astat
exercitus angelorum cum tremore, * quorum 22
seruatio in vento & igni conuertitur: cuius ver-
bum verum, & dicta perseuerantia: * cuius ius- 23
sio fortis, & dispositio terribilis: cuius aspectus
arefacit abyssos, & indignatio tabescere facit mõ-
tes, & veritas testificatur: * exaudi orationem 24
serui tui, & auribus percipe precationẽ figmenti
tui. * Dum enim viuo, loquar: & dum sapio, re- 25
spondebo, * nec respicias populi tui delicta, sed 26
qui tibi in veritate seruiunt. * Nec intendas im- 27
pia gentiũ studia, sed qui tua testimonia cum do-
loribus custodierunt. * Nec cogites qui in con- 28
spectu tuo falsè conuersati sunt, sed memorare
qui ex voluntate tua timorem cognouerũt. * Ne- 29
que volueris perdere, qui pecudum mores ha-
buerunt: sed respicias eos qui legem tuam splen-
didè docuerunt. * Nec indigneris eis qui bestiis 30
peiores iudicati sunt: sed diligas eos qui semper C
in tua iustitia confidunt, & gloria. * Quoniam 31
nos & patres nostri talibus morbis languemus:
tu autem propter nos peccatores misericors vo-
caberis. * Si enim desyderaueris vt nostri mise- 32
rearis, tunc misericors vocaberis, nobis autem nõ
habentibus opera iustitiæ. * Iusti enim, quibus 33
sunt opera multa reposita, ex propriis operibus
recipient mercedem. * Quid est enim homo, vt 34
3.Re.8. c.46. 1.par.6. f.36. ei indigneris: aut genus corruptibile, vt ita amа-
rus sis de ipso? * In veritate enim nemo de geni- 35
tis est qui non impiè gessit, & de confitentibus
36 qui non deliquit. * In hoc enim annunciabitur
iustitia tua, & bonitas tua Domine, cùm miser-
tus fueris eis qui non habent substantiam bono-
37 rum operum. * Et respondit ad me, & dixit,
Rectè locutus es aliqua: & iuxta sermones tuos
38 sic & fiet. * quoniã non verè cogitabo super plas-
ma eorũ qui peccauerunt ante morte, ante iudi-
39 cium, ante perditionem: * sed iucundabor super
iustorũ figmentum, & memorabor peregrinatio- Gen.44.
4.
nis quoque, & saluationis & mercedis receptio-
40 nis. * Quo modo ergo locutus sum, sic & est.
41 * Sicut enim agricola serit super terram semina
multa, & pantationes multitudinis plantat, sed
non in tempore omnia quæ seminata sunt, saluã-
tur, sed nec omnia quæ plantata sunt radicabunt:
sic & qui in seculo seminati sunt, nõ omnes salua Mat.13.
a.4.& 20
b.16.
42 buntur. * Et respondi, & dixi, Si inueni gratiam,
43 loquar. * Quo modo semen agricolæ si non as-
cenderit aut non acceperit pluuiam tuam in tẽ-
pore, aut si corruptũ fuerit multitudine pluuiæ;
44 * sic perit: & similiter homo qui manibus tuis
plasmatus est, & tu ei imago nominatus: quoniã
similatus es ei, propter quem omnia plasmasti,
45 & similasti semini agricolæ. * Non irascaris su-
per nos, sed parce populo tuo, & miserere hære-
ditati tuæ. Tu autem creaturæ tuæ misereris.
46 * Et respondit ad me, & dixit, Quæ sunt præsen-
D tia præsentibus, & quæ futura futuris. * Multum
47 enim tibi restat, vt possis diligere meam crea-
turam super me: tibi autem frequenter & ipsi
48 proximaui, iniustis autẽ nũquam. * Sed & in hoc
49 mirabilis es corã Altissimo, * quoniam humi-
liasti te sicut decet te: & non iudicasti te, vt in-
50 ter iustos plurimum glorificeris. * Propter quod
miseriæ multæ, & miserabiles efficientur eis qui
habitant seculum in nouissimis: quia in multa
51 superbia ambulauerunt. * Tu autem pro te in-
tellige, & de similibus tuis inquire gloriam.
52 * Vobis enim apertus est paradisus, plantata est
arbor vitæ, præparatum est futurum tempus, præ-
parata est abundantia, ædificata est ciuitas, pro-
bata est requies, perfecta est bonitas & perfecta
53 sapientia. * Radix mali signata est à vobis: infir-
mitas, & tinea à vobis absconsa est: & in infer-
54 num fugit corruptio in obliuione. * Transie-
runt dolores, & ostensus est in fine thesaurus im-
55 mortalitatis. * Noli ergo adiicere inquirendo
56 de multitudine eorum qui pereunt. * Nam &
ipsi accipientes libertatem, spreuerunt Altissi-
mum, & legem eius contempserunt, & vias eius
57 dereliquerunt. * Adhuc autem iustos eius con- Psal.13.
a.1.& 52.a.1.
58 culcauerunt, * & dixerunt in corde suo non esse
Deum: & quidem scientes quoniam moriuntur.
59 * Sicut enim vos suscipient quæ prædicta sunt:
sic eos sitis & cruciatus, quæ præparata sunt. non
60 enim voluit hominem disperdi. * Sed & ipsi

qui creati ſunt, coinquinauerunt nomẽ eius qui
fecit eos: & ingrati fuerunt ei qui præparauit eis
vitam. [61] Quapropter iudicium meũ modò ap-
propinquat. [62] Quæ nó omnibus demonſtraui,
niſi tibi, & tibi ſimilibus paucis. Et reſpondi, &
dixi, [63] Ecce nunc Domine demonſtraſti mihi
multitudinem ſignorum, quæ incipies facere in
nouiſſimis: ſed non demonſtraſti mihi quo tem-
pore.

CAP. IX.

ET reſpondit ad me, & dixit, Metiens metire [1]
tempus in ſemetipſo: & erit cùm videris, A
quando tranſierit pars quædam ſignorum quæ
prædicta ſunt, [2] tunc intelliges quoniam ipſum
eſt tẽpus in quo incipiet Altiſſimus viſitare ſecu-
lum quod ab eo factum eſt. [3] Et quãdo videbitur
in ſeculo motio locorũ, & populorum turbatio,
[4] tunc intelliges quoniam de his erat Altiſſimus
locutus à diebus qui fuerunt ante te ab initio.
[5] Sicut enim omne quod factũ eſt in ſeculo ini-
tiũ habet, pariter & cõſummationem, & conſum-
matio eſt manifeſta: [6] ſic & Altiſſimi tẽpora ini-
tia habent manifeſta in prodigiis & virtutibus,
& cõſummationes in actu & in ſignis. [7] Et erit,
omnis qui ſaluus factus fuerit, & qui poterit ef-
fugere per opera ſua & per fidẽ, in qua credidi-
ſtis, [8] relinquetur de prædictis periculis, & vi-
debit ſalutare meum in terra mea, & in finibus
meis. quoniã ſanctificaui me à ſeculo. [9] Et tunc
miſerebuntur qui nunc abuſi ſunt vias meas: &
in tormentis commorabuntur hi qui eas proie-
cerunt in cõtemptu. [10] Qui enim non cognoue-
runt me, viuentes beneficia cõſecuti: [11] & qui fa-
ſtidierunt legẽ meã, cũ adhuc erant habẽtes liber
tatem, [12] & cùm adhuc eſſet eis apertus pœniten-
tiæ locus, non intellexerunt, ſed ſpreuerunt: hos
oportet poſt mortẽ in cruciamento cognoſcere.
[13] Tu ergo noli adhuc curioſus eſſe quomodò im-
pij cruciabuntur: ſed inquire quomodò iuſti ſal-
uabuntur, & quorum ſeculum, & propter quos B
ſeculum, & quando. [14] Et reſpondi, & dixi,
[15] Olim locutus ſum, & nunc dico, & poſtea dicã:
quoniã plures ſunt qui pereunt, quàm qui ſaluabũtur: [16] ſicut multiplicatur fluctus ſuper guttã.
Et reſpõdit ad me, & dixit: [17] Qualis ager, talia &
ſemina: & quales flores, tales & tincturæ: & qua-
lis operator, talis & creatio: & qualis agricola, ta-
lis cultura: quoniã tempus erat ſeculi. [18] Et nunc
cùm eſſem parans eis his qui nunc ſunt, antequã
fieret ſeculum, in quo habitarent: & nemo mihi
cõtradixit. [19] tunc enim quiſq;, & nunc creator
in mundo hoc parato, & meſſe indeficiẽti & lege
inueſtigabili corrupti ſunt mores eorũ. [20] Et con-
ſideraui ſeculũ, & ecce erat periculũ propter co-
gitationes quæ in eo aduenerunt. [21] Et vidi, & C
peperci ei valde: & ſeruaui mihi acinũ de botro,
& plantationem de tribu multa. [22] Pereat ergo
multitudo quæ ſine cauſa nata eſt, & ſeruetur
acinus meus, & plantatio mea: quia cum multo
labore perfeci. [23] Tu autem ſi adhuc intromit-
tas ſeptem dies alios, ſed non iciunabis in eis:
[24] ibis in campum florum, vbi domus non eſt ædificata: & manducabis ſolummodò de floribus
campi, & carnẽ non guſtabis, & vinũ non bibes,
[25] ſed ſolũmodò flores: [26] deprecare Altiſſimũ ſine
intermiſſione, & veniam, & loquar tecum. [27] Et
profectus ſum, ſicut dixit mihi, in campum, qui
vocatur Ardath, & ſedi ibi in floribus. Et de
herbis agri manducaui, & facta eſt eſca earũ mihi
in ſaturitatem. [28] Et factum eſt poſt dies ſeptem,
& ego diſcumbebã ſupra fœnũ, & cor meũ iterũ
turbabatur ſicut antè. [29] Et apertum eſt os meũ,
& inchoaui dicere coram Altiſſimo, & dixi, [30] O
Domine, te nobis oſtendens oſtenſus es patribus
noſtris in deſerto, quod non calcatur, & infru-
ctuoſo, quando erant exeuntes de Ægypto: & di-
cens dixiſti, [31] Tu Iſrael audi me, & ſemen Iacob
intẽde ſermonibus meis. [32] Ecce enim ego ſemi-
no in vobis legem meã, & faciet in vobis fructũ,
& glorificabimini in eo per ſeculũ. [33] Nã patres
noſtri accipientes legem, nõ ſeruauerunt, & legi-
tima mea nõ cuſtodierũt, & factus eſt fructus le-
gis non parens: nec enim poterat, quoniam tuus
erat. [34] Nam qui acceperunt perierunt, nõ cuſto-
dientes quod in eis ſeminatum fuerat. [35] Et ecce,
cõſuetudo eſt, vt cùm acceperit terra ſemen, vel
nauẽ mare, vel vas aliquod eſcam vel potũ: cùm
fuerit exterminatum id, in quo ſeminatum eſt,
vel in quod miſſum eſt: [36] ſimul id quod ſemina-
tum, vel miſſum eſt, vel quæ ſuſcepta ſunt, exter-D
minantur, & ſuſcepta iam non manent apud
nos: ſed nobis ſic non factũ eſt. [37] Nos quidẽ qui
legem accepimus peccãtes periuimus, & cor no-
ſtrum quod ſuſcepit eam: [38] nam lex non periit,
ſed permanſit in ſuo labore. [39] Et cùm loquerer
hæc in corde meo, reſpexi oculis meis, & vidi
mulierem in dextera parte. & ecce hæc lugebat,
& plorabat cum voce magna, & animo dolebat
valde, & veſtimẽta eius diſciſſa, & cinis ſuper ca-
put eius. [40] Et dimiſi cogitatus, in quibus eram
cogitans, & conuerſus ſum ad eam, & dixi ei,
[41] Vt quid fles? & quid doles animo? Et dixit ad
me, [42] Dimitte me Domine meus, vt defleã me,
& adiiciam dolorem: quoniam valde amaro ſum
animo, & humiliata ſum valde. [43] Et dixi ei,
Quid paſſa es? dic mihi. Et dixit ad me,
[44] Sterilis fui ego famula tua, & non peperi, ha-
bens maritum annis triginta. [45] Ego enim per
ſingulas horas, & per ſingulos dies, & annos hos
triginta deprecor Altiſſimum nocte ac die. [46] Et
factũ eſt, poſt triginta annos exaudiuit me Deus
ancillam tuam, & vidit humilitatem meam,
&

& attendit tribulationi meæ, & dedit mihi filiũ:
& iucundata ſum ſuper eum valde ego, & vir
meus, & omnes ciues mei, & honorificabamus
valde Fortem. [46] Et nutriui eum cum labore
multo. [47] Et factum eſt cùm creuiſſet, & veniſſet
accipere vxorem, feci diem epuli.

CAP. X.

ET factũ eſt, cũ introiſſet filius meus in thala- [1]
mo ſuo, cecidit, & mortuus eſt: [2] & euerti- A
mus omnes lumina, & ſurrexerunt omnes ciues
mei, ad conſolandum me, & quieui vſque in aliũ
diem vſque nocte. [3] Et factum eſt, cùm omnes
quieuiſſent vt me conſolarentur vt quieſcerem:
& ſurrexi nocte, & fugi: & veni ſicut vides in hoc
campo: [4] & cogito iam non reuerti in ciuitatẽ,
ſed hîc conſiſtere: & neq; manducare, neque bi-
bere, ſed ſine intermiſſione lugere, & iciunare vſ-
que dũ moriar. [5] Et dereliqui ſermones in qui-
bus erã, & reſpondi cũ iracundia ad eam, & dixi,
[6] Stulta ſuper omnes mulieres, nõ vides luctum
noſtrũ, & quæ nobis cõtingunt? [7] Quoniã Sion
mater noſtra omni triſtitia cõtriſtatur, & humi-
litate humiliata eſt, & luget validiſſimè. [8] Et nũc
quoniã omnes lugemus, & triſtes ſumus: quoniã
omnes cõtriſtati ſumus, tu autem contriſtaris in
vno filio? [9] Interroga enim terram, & dicet tibi:
quoniam hæc eſt, quæ debeat lugere caſum tan-
torum ſuper eam germinantium. [10] Et ex ipſa ab
initio omnes nati, & alij venient: & ecce, penè
omnes in perditionem ambulant, & exterminiũ
fit multitudo eorũ. [11] Et quis ergo debet lugere
magis, niſi hæc quę tam magnã multitudinẽ per-
didit, quàm tu, quæ pro vno doles? Si autẽ dicis
mihi, [12] Quoniam non eſt planctus meus ſimilis
terræ: quoniã fructũ ventris mei perdidi, quẽ cũ
mœroribus peperi, & cũ doloribus genui: [13] terra
autem ſecundùm viam terræ, abiitque in ea mul-
titudo præſens, quo modo euênit: & ego tibi di-
co, [14] ſicut tu cum labore peperiſti, ſic & terra dat
fructum ſuum homini ab initio ei qui fecit eam.
[15] Nunc ergo retine apud temetipſam dolorem
tuum, & fortiter fer qui tibi contigerunt caſus.
[16] Si enim iuſtificaueris terminũ Dei, & conſiliũ
ſuũ recipies in tẽpore, & in talibus collaudaberis. B
[17] Ingredere ergo in ciuitatem ad virũ tuum. Et
dixit ad me, [18] Non faciã, neq; ingrediar ciuitatẽ,
ſed hîc moriar. [19] Et appoſui adhuc loqui ad eã,
& dixi, [20] Noli facere hunc ſermonem, ſed cõſen-
ti perſuadenti. Quot enim caſus Sion? Conſolare
propter dolorem Ieruſalem. [21] Vides enim quo-
niam ſanctificatio noſtra deſerta effecta eſt, & al-
tare noſtrum demolitũ eſt, & templum noſtrum
deſtructum eſt, [22] & pſalterium noſtrum humi-
liatum eſt, & hymnus conticuit, & exultatio no-
ſtra diſſoluta eſt, & lumen candelabri noſtri ex-
tinctum eſt, & arca teſtamenti noſtri direpta eſt,
& ſancta noſtra cõtaminata ſunt, & nomen quod
inuocatum eſt ſuper nos, penè prophanatum eſt:
& liberi noſtri contumeliam paſſi ſunt, & ſacer-
dotes noſtri ſuccenſi ſunt, & Leuitę noſtri in cap-
tiuitatem abierunt, & virgines noſtræ coinquina-
tæ ſunt, & mulieres noſtræ vim paſſæ ſunt, & iu-
ſti noſtri rapti ſunt, & paruuli noſtri perditi ſunt,
& iuuenes noſtri ſeruierunt, & fortes noſtri inua-
lidi facti ſunt: [23] & quod omnũ maius, ſignacu-
lum Sion, quoniam reſignata eſt de gloria ſua.
nam & tradita eſt in manibus eorum qui nos o-
derunt. [24] Tu ergo excute tuam triſtitiam mul-
tam, & depone abs te multitudinem dolorum,
vt tibi repropitietur Fortis, & requiem faciet tibi
[25] Altiſſimus requietionem laborum. [26] Et factum
eſt, cùm loquebar ad eam, facies eius fulgebat
ſubitò & ſpecies, coruſcus fiebat viſus eius, vt eſ-
ſem pauens valde ad eam, & cogitarẽ quid eſſet
hoc. [27] Et ecce, ſubirò emiſit ſonitũ vocis magnũ
timore plenum, vt commoueretur terra à mulie-
ris ſono. & vidi: [28] & ecce, amplius mulier non C
cõparebat mihi, ſed ciuitas ædificabatur, & locus
demonſtrabatur de fundamentis magnis: & ti-
mui, & clamaui voce magna, & dixi, [29] Vbi eſt
Vriel angelus, qui à principio venit ad me? quo-
niam ipſe me fecit venire in multitudine in ex-
ceſſu mentis huius, & factus eſt finis meus in cor-
ruptionẽ, & oratio mea in improperiũ. [30] Et cùm
eſſem loquens ego hæc, ecce venit ad me, & vidit
me. [31] & ecce erã poſitus vt mortuus, & intelle-
ctus meus alienatus erat, & tenuit dexteram meã,
& cõfortauit me, & ſtatuit me ſuper pedes meos,
[32] & dixit mihi, Quid tibi eſt? & quãre conturba-
tus eſt intellectus tuus, & ſenſus cordis tui? &
quare conturbaris? Et dixi, [33] Quoniã dereliqui-
ſti me, & ego quidẽ feci ſecũdùm ſermones tuos,
& exiui in cãpum: & ecce vidi, & video quod nõ
poſſum enarrare. Et dixit ad me, [34] Sta vt vir, & commo-
*commouebo te. Et dixi, [35] Loquere Domine nebo 2.
meus tu in me, noli me derelinquere, vt nõ fru-
ſtra moriar: [36] quoniã vidi quæ nõ ſciebã, & au-
dio quæ nõ ſcio. [37] Aut nunquid ſenſus meus fal-
litur, & anima mea ſomniat? [38] Nunc ergo depre-
cor te, vt demonſtres ſeruo tuo de exceſſu hoc. Et
reſpõdit ad me, & dixit, [39] Audi me & doceam te,
& dicam tibi de quibus times: quoniã Altiſſimus
reuelauit tibi myſteria multa. [40] Vidit rectam
viam tuam, quoniam ſine intermiſſione contri-
ſtabaris pro populo tuo, & valde lugebas propter
Sion. [41] Hic ergo intellectus viſionis quæ tibi ap-
paruit ante paululum. [42] Quam vidiſti lugentẽ,
inchoaſti conſolari eam. [43] Nunc autem iam ſpe-
ciem mulieris non vides, ſed apparuit tibi ciuitas
ædificari. [44] & quoniã enarrabat tibi de caſu filij
ſui, hæc abſolutio eſt. [45] Hæc mulier quam vidi- D
ſti, hæc eſt Sion, & quoniam dixit tibi quam &

nunc conſpicies, vt ciuitatẽ ædificatã. * Et quo- 45
niam dixit tib, quia ſterilis fuit triginta annis:
propter quod erant anni ſcilicet triginta, quando
non erat in ea adhuc oblatio oblata. * Et factũ 46
eſt poſt annos triginta, ædificauit Salomõ ciuita-
tẽ, & obtulit oblationes: tunc fuit quãdo peperit
ſterilis filiũ. * Et quod tibi dixit, quoniam nu- 47
triuit eũ cum labore, hoc erat, habitatio in Ieru-
ſalẽ. * Et quoniã dixit tibi, quòd filius meus ve- 48
niẽs in ſuo thalamo mortuus eſſet, & cõtigiſſet ei
caſus, hoc erat, quæ facta eſt ruina Ieruſalẽ. * Et 49
ecce vidiſti ſimilitudinẽ eius: & quoniã filiũ lu-
geret, inchoaſti cõſolari eã: & de his quæ cõtige-
runt, hęc erãt tibi aperienda. * Et nunc videt Al- 50
tiſſimus, quoniã ex animo cõtriſtatus es, & quo-
niã ex toto corde pateris pro ea, oſtẽdit tibi clari
tatẽ gloriæ eius, & pulchritudinem decõris eius.
* Propterea enim dixit tibi vt maneres in campo 51
vbi domus nõ eſt ædificata. * Sciebã enim ego, 52
quoniã Altiſſimus incipiebat tibi oſtendere hæc:
* propterea dixi tibi vt venires in agrum vbi nõ 53
eſt fundamentũ ædificij. * Nec enim poterat o- 54
pus ędificij hominis ſuſtineri in loco, vbi incipie-
batur Altiſſimi ciuitas oſtendi. * Tu ergo noli 55
timere, neque expaueſcat cor tuum: ſed ingredere,
& vide ſplendorem & magnitudinem ædifici-
j, quantum capax eſt tibi viſus oculorum vi-
dere: * & poſt hæc audies quantum capit audi- 56
tus aurium tuarum audire. * Tu enim beatus es 57
præ multis, & vocatus es apud Altiſſimum ſicut
& pauci. * Nocte autem quæ in craſtinum fu- 58
tura eſt, manebis hîc: * & oſtendet tibi Altiſsi- 59
mus eas viſiones ſupremorum, quæ faciet Altiſ-
ſimus his qui habitant ſuper terram à nouiſsimis
diebus. * Et dormiui illam noctem & aliam, 60
ſicut dixerat mihi.

CAP. XI.

ET vidi ſomnium, & ecce aſcendebat de mari 1
aquila, cui erant duodecim alæ pennarum, & A
capita tria. * Et vidi, & ecce expandebat alas ſuas 2
in omnem terram, & omnes venti cæli inſufflа-
bant in eam, & colligebantur. * Et vidi, & de 3
pennis eius naſcebantur contrariæ pennę, & ipſę
fiebant in pennaculis minutis & modicis. * Nã 4
capita eius erant quieſcentia, & dimidium caput
erat maius aliorum capitum, ſed ipſa quieſcebat
cum eis. * Et vidi, & ecce aquila volauit in pen- 5
nis ſuis, & regnauit ſuper terram, & ſuper eos qui
habitant in ea. * Et vidi, quoniam ſubiecta erant 6
ei omnia ſub cælo, & nemo illi contradicebat, ne-
que vnus de creatura quæ eſt ſuper terram. * Et 7
vidi, & ecce ſurrexit aquila ſuper vngues ſuos, &
miſit vocem pennis ſuis, dicens, * Nolite om- 8
nes ſimul vigilare, dormite vnuſquiſque in loco
ſuo, & per tempus vigilate. * Capita autem in 9
nouiſsimo ſeruentur. * Et vidi, & ecce vox 10
non exibat de capitibus eius, ſed de medietate
corporis eius. * Et numeraui contrarias pennas 11
eius, & ecce ipſæ erant octo. * Et vidi, & ecce à
dextera parte ſurrexit vna penna, & regnauit
ſuper omnem terram. * Et factum eſt cùm regna- 13
ret, venit ei finis, & non apparuit locus eius: &
ſequens exurrexit, & regnabat. Ipſa multũ tenuit
tempus. * Et factum eſt cùm regnaret, & venie- 14
B bat finis eius, vt non appareret, ſicut prior.
* Et ecce, vox emiſſa eſt illi, dicens, * Audi 15
tu quæ tanto tempore tenuiſti terram. hæc an- 16
nuntio tibi antequam incipias non apparere.
* Nemo poſt te tenebit tempus tuum, ſed nec 17
dimidium eius. * Et leuauit-ſe' tertia, & tenuit 18
principatum ſicut & priores: & non apparuit &
ipſa. * Et ſic contingebat omnibus aliis ſin- 19
gulatim principatum gerere, & iterum nuſquam
comparere. * Et vidi, & ecce in tẽpore ſequentes 20
pennæ erigebantur à dextera parte, vt tenerent
& ipſæ principatũ: & ex his erãt quę tenebãt, ſed
tamen ſtatim nõ cõparebant. * Nã & aliquæ ex 21
eis erigebantur ſed nõ tenebant principatũ. * Et 22
vidi poſt hęc, & ecce non cõparuerunt duodecim
pennæ, & duo pennacula: * & nihil ſupererat in 23
corpore aquilæ, niſi duo capita quieſcẽtia & ſex
pennacula. * Et vidi, & ecce ſex pẽnaculis diuiſę 24
C ſunt duæ, & mãſerunt ſub capite quod eſt ad de-
xteram partem. Nam quatuor manſerunt in loco
ſuo. * Et vidi, & ecce ſubalares cogitabant ſe eri- 25
gere & tenere principatus. * Et vidi, & ecce vna 26
erecta eſt, ſed ſtatim nõ cõparuit. * Et ſecũdæ ve- 27
locius, quã priores nõ cõparuerunt. * Et vidi, & 28
ecce duæ quæ ſuperauerunt apud ſemetipſas co-
gitabãt & ipſæ regnare. * & in eo cùm cogitarẽt, 29
ecce vnum quieſcentiũ capitũ quod erat mediũ,
euigilabat. hoc enim erat duorum capitũ maius.
* Et vidi quoniam cõpleta ſunt duo capita ſecũ- 30
* & ecce conuerſum eſt caput cum his qui cum 31
eo erant, & comedit duas ſubalares quæ cogita-
bant regnare. * Hoc autem caput perconterruit 32
omnẽ terrã, & dominabatur in ea his qui habi-
tant terrã cum labore multo, & potentatũ tenuit
orbis terrarũ ſuper omnes alas quæ fuerũt. * Et 33
vidi poſt hæc, & ecce medium caput ſubitò non
cõparuit, & hoc ſicut alæ. * Superauerunt autẽ 34
duo capita, quę & ipſa ſimiliter regnauerũt ſuper
terrã, & ſuper eos qui habitãt in ea. * Et vidi, & 35
ecce deuorauit caput à dextera parte illud quod
à læua. * Et audiui vocẽ dicentẽ mihi, Conſpice 36
contra te, & conſydera quod vides. * Et vidi, & 37
D ecce ſicut leo concitatus de ſylua rugiens: & vidi
quoniã emittebat vocẽ hominis ad aquilã. Et di- 38
xit, dicens, * Audi tu, & loquar ad te, & dicet 39
Altiſsimus tibi, * Nónne tu es qui ſuperaſti de
quatuor animalibus, quæ feceram regnare in ſe-
culo meo, & vt per eos veniret finis temporũ eo-
rum?

rum? * Et quartus veniens deuicit omnia ani- 40
malia quæ trãſierunt, & potentatu tenuit ſeculũ
cum tremore multo, & omnem orbẽ cum labore
peſſimo, & inhabitauit tot temporibus orbẽ ter-
rarum cũ dolo. * Et iudicaſti terrã nõ cum veri- 41
tate. * Tribulaſti enim mãſuetos, & læſiſti quie- 42
ſcentes, & dilexiſti mẽdaces, & deſtruxiſti habita-
tiones eorũ qui fructificabant, & humiliaſti mu-
ros eorũ qui te nõ nocuerũt. * Et aſcẽdit contu- 43
melia tua vſque' ad Altiſsimũ, & ſuperbia tua ad
Fortẽ. * Et reſpexit Altiſsimus ſuperba tempora, 44
& ecce finita ſunt, & ſcelera eius completa ſunt.
* Propterea nõ appareas tu aquila, & alę tuę hor- 45
ribiles, & pẽnacula tua peſsima, & capita tua ma-
ligna, & vngues tui peſsimi, & omne corpus tuũ
vanũ, * vti refrigeretur omnis terra, & reuertatur 46
liberata de tua vi, & ſperet iudicium & miſeri-
cordiam eius qui fecit eam.

CAP. XII.

ET factum eſt, dũ loqueretur leo verba hæc ad 1
aquilã: & vidi, * & ecce quod ſuperauerat ca- 2
put, & non comparuerunt quatuor alæ, illæ quæ A
ad eũ tranſierunt, & erectæ ſunt vt regnarent: &
erat regnum eorũ exile, & tumultu plenũ. * Et 3
vidi, & ecce ipſa non apparebãt, & omne corpus
aquilæ incẽdebatur, & expaueſcebat terra valde,
& ego à tumultu & exceſſu mẽtis, & à magno ti-
more vigilaui, & dixi ſpiritui meo, * Ecce tu præ- 4
ſtitiſti mihi hoc in eo, quòd ſcrutaris vias Altiſsi-
mi. * Ecce adhuc fatigatus ſum animo, & ſpiritu 5
meo inualidus ſum valde, & nec modica eſt in me
virtus à multo timore, quam expaui nocte hac.
* Nunc ergo orabo Altiſsimum, vt me confortet 6
vſq; in finem. * Et dixi, Dominator Domine, ſi 7
inueni gratiam ante oculos tuos, & ſi iuſtificatus
ſum apud te præ multis, & ſi certè aſcẽdit depre-
catio mea ante faciẽ tuã, * cõforta me, & oſtende 8
ſeruo tuo mihi interpretationẽ & diſtinctionem
viſus horribilis huius, vt pleniſsimè conſoleris
animã meã. * Dignũ enim me habuiſti oſtẽdere 9
mihi tẽpora nouiſsima. Et dixit ad me, * Hæc eſt 10
interpretatio viſionis huius. * Aquilã quã vidi- 11
ſti aſcendentẽ de mari, hoc eſt regnũ quod viſum
eſt in viſione Danieli fratri tuo. * Sed non eſt illi 12
interpretatũ, quoniã ego nunc tibi interpretor.
* Ecce dies veniunt, & exurget regnũ ſuper terrã, 13
& erit timor acrior omniũ regnorũ quæ fuerunt
ante eũ. * Regnabũt autẽ in ea reges duodecim, 14
vnus poſt vnũ. * Nã ſecundus incipiet regnare, B
& ipſe tenebit amplius tempus præ duodecim. 15
* Hæc eſt interpretatio duodecim alarũ quas vi- 16
diſti. * Et quam audiſti vocẽ quæ locuta eſt, non 17
de capitibus eius exeuntẽ, ſed de medio corporis
eius, * hæc eſt interpretatio, quoniã poſt tempus 18
regni illius naſcentur cõtentiones nõ modicæ, &
periclitabitur vt cadat: & nõ cadet tũc, ſed iterũ
conſtituetur in ſuũ initium. * Et quoniã vidiſti 19
ſubalares octo cohærentes alis eius, * hæc eſt in- 20
terpretatio, exurgent in ipſo octo reges, quorum
erũt tẽpora leuia, & anni citati, & duo quidem ex
ipſis perient. * Appropinquãte autẽ tẽpore me- 21
dio, quatuor ſeruabuntur in tẽpore, cùm incipiet
appropinquare tẽpus eius vt finiatur: duę verò in
finẽ ſeruabuntur. * Et quoniam vidiſti tria capi- 22
ta quieſcentia, * hæc eſt interpretatio, in nouiſsi- 23
mis eius ſuſcitabit Altiſsimus tria regna, & reuo-
cabit in ea multa: & dominabũtur terrã, * & qui 24
habitant in ea, cũ labore multo ſuper omnes qui
fuerunt ante hos. propter hoc ipſi vocati ſunt ca-
pita aquilæ. * Iſti enim erunt qui recapitulabũt 25
impietates eius, & qui perficient nouiſsima eius.
* Et quoniã vidiſti caput maius nõ apparens, hæc 26
eſt interpretatio eius. quoniam vnus ex eis ſuper
C lectum ſuum morietur, & tamen cum tormentis.
* Nam duo qui perſeuerauerint, gladius eos 27
comedet. * Vnius enim gladius comedet qui cũ 28
eo: ſed tamen hic gladio in nouiſsimis cadet. * Et 29
quoniam vidiſti duas ſubalares traiicientes ſuper
caput quod eſt in dextera parte, * hæc eſt inter- 30
pretatio. hi ſunt quos cõſeruauit Altiſsimus in fi-
nem ſuum, hoc eſt regnum exile, & turbationis
plenum. * Sicut vidiſti & leonem, quẽ vidiſti de 31
ſylua euigilantem & rugientem, & loquentem ad
aquilã, & arguentem eam, & iniuſtitias ipſius per
omnes ſermones eius ſicut audiſti: * hic eſt vẽtus 32
quem ſeruauit Altiſsimus in finem ad eos, & im-
pietates ipſorum: & arguet illos, & incutiet corã
ipſis diſcerptiones eorum. * Statuet enim eos in 33
iudicio viuos: & erit, cùm arguerit eos, tunc cor-
ripiet eos. * nam reſiduum populum meũ libera- 34
bit cũ miſeria, qui ſaluati ſunt ſuper fines meos,
& iucundabit eos quoaduſq; veniet finis dies iu-
dicij, de quo locutus ſum tibi ab initio. * Hoc 35
ſomnium quod vidiſti, & hæ interpretationes.
* Tu ergo ſolus dignus fuiſti ſcire Altiſſimi ſecre- 36
tũ hoc. * Scribe ergo omnia iſta in libro quæ vi- 37
diſti, & pone ea in loco abſcondito: * & docebis 38
ea ſapiẽtes de populo tuo, quorum corda ſcis poſ
ſe capere, & ſeruare ſecreta hæc. * Tu autẽ adhuc 39
ſuſtine hîc alios dies ſeptem, vt tibi oſtendatur
quicquid viſum fuerit Altiſsimo oſtendere tibi.
* Et profectus eſt à me. Et factum eſt, cùm audiſ- 40
ſet omnis populus quoniam pertranſierunt ſep-
tem dies, & ego non fuiſſem reuerſus in ciuitatẽ,
& congregauit ſe omnis à minimo vſque ad ma-
ximum: & venit ad me, & dixerunt mihi dicen- 41
tes, * Quid peccauimus tibi, & quid iniuſtè
D egimus in te, quoniam derelinquens nos ſediſti 42
in loco hoc? * Tu enim nobis ſuperes ſolus ex
omnibus populis, ſicut botrus de vinea, & ſicut
lucerna in loco obſcuro, & ſicut portus & nauis 43
ſaluata à tẽpeſtate. * Aut nõ ſufficiunt nobis ma-

la quæ contingunt? ‡Si ergo tu nos dereliqueris, 44
quanto nobis erat melius si essemus succensi &
nos cum incendio Sion? ‡ Nec enim nos sumus 45
meliores eorũ qui ibi mortui sunt. Et plorauerũt
voce magna. Et respõdi ad eos, & dixi, ‡ Cõfide 46
Israel, & noli tristari tu domus Iacob. ‡Est enim 47
memoria vestri coram Altissimo, & Fortis nõ est
oblitus vestri in tentatione. ‡ Ego enim non de- 48
reliqui vos, neq; excessi à vobis: sed veni in hunc
locum, vt deprecarer pro desolatione Sion, vt
quærerem misericordiam pro humilitate sanctifi-
cationis vestræ. ‡ Et nunc ite vnusquisque ve- 49
strũ in domũ suam, & ego veniã ad vos post dies
istos. ‡ Et profectus est populus sicut dixi ei in 50
ciuitatem: ‡ ego autem sedi in campo septem 51
diebus, sicut mihi mandauit: & manducabam de
floribus solummodò agri, de herbis facta est esca
mihi in diebus illis.

CAP. XIII.

ET factum est post dies septem, & somniaui 1
somniũ nocte. ‡ Et ecce de mari ventus exur- 2
gebat, vt cõturbaret omnes fluctus eus. ‡ Et vi- A
di, & ecce cõualescebat ille homo cum millibus 3
cæli: & vbi vultũ suũ vertebat vt cõsideraret, tre-
mebant omnia quæ sub eo videbantur: ‡& vbi- 4
cunque exibat vox de ore eius, ardescebãt omnes
qui audiebãt voces eius sicut quiescit terra quã-
do senserit ignem. ‡ Et vidi post hæc, & ecce cõ- 5
gregabatur multitudo hominum, quorũ nõ erat
numerus de quatuor ventis cæli, vt debellarent
hominẽ qui ascẽderat de mari. ‡ Et vidi, & ecce 6
sibimetipsi sculpserat montem magnum, & vo-
lauit super eum. ‡ Ego autẽ quęsiui videre regio 7
nem, vel locum vnde sculptus esset mons, & non
potui. ‡ Et post hæc vidi, & ecce, omnes qui cõ- 8
gregati sunt ad eum, vt expugnarent eum, time-
bant valde, tamẽ audebant pugnare. ‡ Et ecce, 9
vt vidit impetũ multitudinis veniẽtis, nõ leuauit
manũ suã, neq; phramęam tenebat, neq; aliquod
vas bellicosum ‡nisi solummodò vt vidi, quoniã 10
emisit de ore suo sicut flatum ignis, & de labiis
eius spiritus flammæ, & de lingua eius emittebat
scintillas & tempestates, & commista sunt omnia
simul, hic flatus ignis, & spiritus flãmæ, & mul-
titudo tempestatis: ‡ & cõcidit super multitudi- 11
nem in impetu, quæ præparata erat pugnare, &
succendit omnes, vt subitò nihil videretur de in-
numerabili multitudine, nisi solũmodò puluis,
& fumi odor: & vidi, & extimui. ‡ Et post hæc 12
vidi ipsum hominem descendentem de mõte, &
vocantem ad se multitudinẽ aliam pacificã, ‡ & 13
accedebat ad eum vultus hominum multorum B
quorundam gaudentium, quorũdam tristantiũ:
aliqui verò alligati, aliqui adducentes ex eis qui
offerebantur. & ægrotaui à multitudine pauo-
ris, & expergefactus sum, & dixi, ‡ Tu ab ini- 14
tio demonstrasti seruo tuo mirabilia hæc, & di-
gnum me habuisti vt susciperes deprecationem
meam: ‡ & nunc demonstra mihi adhuc inter- 15
pretationem somnij huius. ‡ Sicut enim existi- 16
mo in sensu meo, væ qui derelicti fuerunt in die-
bus illis: & multo plus væ his qui nõ sunt dereli-
cti. ‡ Qui enim non sunt derelicti, tristes erant. 17
‡ Intelligo nunc quæ sunc reposita in nouissimis 18
diebus, & occurrent eis, sed & his qui derelicti
sunt. ‡ Propter hoc venerunt enim in pericula 19
magna, & necessitates multas, sicut ostendunt
somnia hæc. ‡ Attamen facilius est periclitan- 20
tem venire in hunc, quàm pertransire, sicut nu-
bem à seculo, & nunc videre quæ contingunt in
nouissimo. Et respondit ad me, & dixit, ‡ Et vi- 21
sionis interpretationem dicam tibi: & de qui-
bus locutus es adaperiam tibi. ‡Quoniam de his 22
dixisti qui derelicti sunt, hæc est interpretatio.
‡ Qui aufert periculum illo tẽpore, hic se custo- 23
diuit. qui in periculo inciderunt, hi sunt qui ha-
bent opera & fidem ad Fortissimũ. ‡ Scito ergo 24
quoniã magis beatificati sunt qui derelicti, super
eos qui mortui sunt. ‡Hę interpretationes visio- 25
nis, quia vidisti virũ ascendentẽ de corde maris,
‡ ipse est quẽ conseruat Altissimus multis tem- 26
poribus, qui per semetipsum liberabit creaturam
suã: & ipse disponet, qui derelicti sunt. ‡ Et quo- 27
niam vidisti de ore eius exire, vt spiritum, & ignẽ,
& tempestatem: ‡ & quoniã non tenebat phra- 28
mæam, neque vas bellicosum: corrupit enim im-
petus eius multitudinẽ, quæ venerat expugnare
eum. hæc est interpretatio. ‡ Ecce dies veniunt, 29
quãdo incipiet Altissimus liberare eos qui super
terrã sunt: ‡ & veniet in excessu mentis super eos 30
C qui inhabitãt terrã. ‡ Et alij alios cogitabũt de- 31
bellare: ciuitas ciuitatẽ, & locus locum, & gens
aduersus gentẽ, & regnũ aduersus regnũ. ‡ Et e- 32
rit, cùm fiẽt hæc, & contingent signa quæ antè o-
stendi tibi: & tũc reuelabitur filius meus, quẽ vi-
disti, vt virum ascendentẽ. ‡ Et erit quando au- 33
dierint omnes gentes vocem eius: & derelinquet
vnusquisq; in regione sua bellũ suũ, quod habẽt
ad alterutrũ: ‡ & colligetur in vnum multitudo 34
innumerabilis, sicut volẽtes venire, & expugnare
eum. ‡ Ipse autẽ stabit super cacumẽ mõtis Sion. 35
‡ Sion autẽ veniet, & ostendetur omnibus parata 36
& ædificata, sicut vidisti mõtem sculpi sine ma-
nibus. ‡ Ipse autem filius meus arguet quæ ad- 37
inuenerũt Gẽtes, impietates eorũ has quæ tem-
pestati appropinquauerũt propter malã cogita-
menta eorũ & cruciamenta quibus incipiẽt cru-
ciari: ‡ quæ assimilatæ sunt flammæ, & perdet 38
eos sine labore per legem quæ igni assimilata est.
‡ Et quoniã vidisti eum colligentẽ ad se aliã mul- 39
titudinem pacificam, ‡ hæ sunt decem tribus, 40
*quæ captiuæ factæ sunt de terra sua in diebus
Oseæ

Oseæ regis, quem captiuũ duxit Salmanasar rex
Assyriorũ: & transtulit eos trans flumen, & trãs-
lati sunt in terram aliã. ‡ Ipsi autem sibi dederũt 41
consilium hoc vt derelinquerent multitudinem
gentiũ, & proficiscerentur in vlteriorem regio-
nem, vbi nunquam inhabitauit genus humanũ:
‡ vel ibi obseruare legitima sua, quæ non fuerant 42
seruantes in regione sua: ‡ Per introitus autem 43
angustos fluminis Euphratem introierunt. D
‡ Fecit enim eis tunc Altissimus signa, & statuit 44
venas fluminis vsquequo transirent. ‡ Per eam 45
enim regionẽ erat via multa itineris, anni vnius
& dimidij. nã regio illa vocatur Arsareth. ‡Tunc 46
inhabitauerunt ibi vsq; in nouissimo tempore:
& nunc iterum cùm cœperint, venire, ‡ iterum 47
Altissimus statuet venas fluminis, vt possint trã-
sire: propter hæc vidisti multitudinem cũ pace.
‡ Sed & qui derelicti sunt de populo tuo, hi sunt 48
qui inueniuntur intra terminum meũ. ‡ Factũ 49
erit ergo, quando incipiet perdere multitudinẽ
earum, quæ collectæ sunt gentes, proteget eos
qui superauerũt populũ: ‡ & tunc ostendet eis 50
multa plurima portẽta. ‡ Et dixi ego, Domina-
tor Domine, hoc mihi ostẽde, propter quod vidi
virum ascendentẽ de corde maris. Et dixit mihi,
‡ Sicut non potes hæc vel scrutari, vel scire quæ 52
sunt in profundo maris: sic non poterit quisque
super terrã videre filiũ meum, vel eos qui cũ eo
sunt, nisi in tempore diei. ‡Hæc est interpretatio 53
somnij quod vidisti, & propter quod illumina-
tus es hîc solus. ‡ Dereliquisti enim tuã, & circa 54
meam vacasti legem, & quæsisti. ‡ Vitam enim 55
tuam disposuisti in sapientia, & sensum tuum
vocasti matrẽ: ‡ & propter hoc ostendi tibi mer- 56
ces apud Altissimũ. erit enim post alios tres dies,
ad te alia loquar, & exponã tibi grauia & mira-
bilia. ‡ Et profectus sum, & transij in campum, 57
multum glorificans & laudans Altissimum de
mirabilibus quæ per tempus faciebat: ‡& quo- 58
niam gubernat ipsum, & quæ sunt in tempori-
bus illata, & sedi ibi tribus diebus.

CAP. XIIII.

ET factum est tertio die, & ego sedebam sub 1
quercu. ‡ Et ecce, vox exiuit cõtra me de ru- 2
bo, & dixit, Esdra Esdra. Et dixi, Ecce ego Domi- A
ne. Et surrexi super pedes meos. Et dixit ad me,
Exo. 3. a. 2. ‡ *Reuelãs reuelatus sum super rubũ, & locutus 3
sum Moysi, quando populus meus seruiebat in
Ægypto, ‡ & misi eum, & eduxi populũ meũ de 4
Ægypto, & adduxi eũ super montẽ Sina, & deti-
nebã eũ apud me diebus multis: ‡ & enarraui ei 5
mirabilia multa, & ostendi ei temporum secreta
& finẽ. & præcepi ei, dicẽs, ‡Hæc in palàm facies 6
verba, & hæc abscondes. ‡ Et nunc tibi dico, 7
‡ Signa quæ demõstraui, & somnia quæ vidisti, 8
& interpretationes quas tu vidisti, in corde tuo
9 repone ea: ‡ tu enim recipieris ab omnibus, cõ-
uerteris residuus cum cõsilio meo & cum simili-
10 bus tuis, vsquequo finiantur tẽpora. ‡quoniã se-
culum perdidit iuuẽtutem suã, & tẽpora appro-
11 pinquant senescere. ‡ Duodecim enim partibus
diuisum est seculum, & trãsierunt eius decima &
12 dimidiũ decimę partis: ‡supersunt autẽ eius post
13 mediũ decimæ partis. ‡ Nunc ergo dispone do-
B mum tuã, & corripe populũ tuũ, & cõsolare hu-
14 miles eorum, & renuntia iã corruptelæ, ‡ & di-
mitte abs te mortales cogitationes, & proiice
abs te pondera humana, & exue te iam infirmã
naturam, & repone in vnam partem molestiss-
sima tibi cogitamenta, & festina transmigrare à Mat. 24. a. 7. 1. Ioan. 2. c. 18.
15 temporibus his: ‡ quæ enim vidisti nunc conti-
16 gisse mala, iterũ horum deteriora facient: ‡ quã-
tum enim inualidum fiet seculum à senectute,
tantũ multiplicabũtur super inhabitantes mala.
17 ‡ Prolongauit enim se magis veritas, & appro-
pinquauit mendacium. Iam enim festinat veni-
18 re, quam vidisti visionem. ‡Et respondi, & dixi
19 coram te Domine, ‡Ecce enim ego abibo, sicut
præcepisti mihi, & corripiam præsentem popu-
lum. Qui autem iterum nati fuerint, quis com-
20 monebit? ‡ Positum est ergo seculum in tene-
21 bris, & qui inhabitãt in eo sine lumine. ‡ Quo-
niã lex tua incensa est, propter quod nemo scit
quæ à te facta sunt, vel quæ incipient opera.
22 ‡Si enim inueni in te gratiã, immitte in me spiri-
tum sanctum, & scribã omne quod factum est in
seculo ab initio, quæ erant in lege tua scripta, vt
possint homines inuenire semitam: & qui volue-
23 rint viuere in nouissimis, viuant. ‡ Et respon-
C dit ad me, & dixit, Vadens congrega populum,
& dices ad eos vt non quærant te diebus qua-
24 draginta. ‡ Tu autẽ præpara tibi buxos multos,
& accipe tecum Sareã, Dabriam, Salemiam, Ec-
hanum, & Asiel, quinque hos qui parati sunt ad
25 scribẽdum velociter. ‡ Et venias huc, & ego ac-
cendam in corde tuo lucernam intellectus, quæ
non extinguetur quoadusque finiãtur quæ inci-
26 pies scribere. ‡ Et tunc perfectis quædam palam
facies, quædam sapientibus absconsè trades. in
27 crastinum enim hac hora incipies scribere. ‡ Et
profectus sum, sicut mihi præcepit, & cõgregaui
28 omnem populum, & dixi, ‡ Audi Israel verba Gen. 47. a. 4. Deut. 4. a. 1. & 5. a. 6. Act. 7. g. 15.
29 hæc; ‡ Peregrinati sunt patres nostri ab initio
30 in Ægypto, & liberati sunt inde: ‡ & acceperũt
legem vitæ, quam non custodierunt, quam &
31 vos post eos transgressi estis: ‡& data est vobis
terra in sortem, & terra Sion, & patres vestri, &
vos iniquitatẽ fecistis, & non seruastis vias quas
32 præcepit vobis Altissimus: ‡& iustus iudex cùm
sit, abstulit à vobis in tempore quod donauerat,
33 ‡ Et nunc vos hîc estis, & fratres vestri intror-
34 sum vestrum sunt. ‡ Si ergo imperaueritis
sensui

ſenſui veſtro, & erudieritis cor veſtrum, viui cō-
ſeruati eritis, & poſt mortem miſericordiam con
ſequemini. * Iudicium enim poſt mortē veniet, 35
quando iterum reuiuiſcemus : & tunc iuſtorum
nomina parebunt,& impiorum facta oſtēdentur. D
* Ad me igitur nemo accedat nunc,neque requi- 36
rat me vſq; dies quadraginta. * Et accepi quinq; 37
viros, ſicut mandauit mihi,& profecti ſumus in
campum, & māſimus ibi. * Et factus ſum in cra- 38
ſtinum,& ecce vox vocauit me dicens,Eſdra ape-
ri os tuū,& bibe quo te potauero. * Et aperui os 39
meū,& ecce calix plenus porrigebatur mihi.Hoc
erat plenū ſicut aqua : color autē eius vt ignis ſi-
milis. * Et accepi,& bibi: & in eo cùm bibiſſem, 40
cor meū cruciabatur intellectu,& in pectus meū
increſcebat ſapiētia. Nā ſpiritus meus cōſeruaba-
tur memoria. * Et apertū eſt os meum,& nō eſt 41
clauſum amplius. * Altiſsimus dedit intellectū 42
quinque viris,& ſcripſerūt quæ dicebātur exceſ-
ſiones noctis, quas non ſciebant. * Nocte autē 43
manducabant panē,ego autem per diem loque-
bar, & per noctem non tacebam. * Scripti ſunt 44
autē per quadraginta dies libri ducenti quatuor.
* Et factum eſt cùm compleuiſſent quadraginta 45
dies, locutus eſt Altiſsimus, dicens, Priora quæ
ſcripſiſti, in palā pone, & legāt digni & indigni:
* nouiſsimos autē ſeptuaginta conſeruabis, vt 46
tradas eos ſapientibus de populo tuo. * In his 47
enim eſt vena intellectus, & ſapientiæ fons, &
ſcientiæ flumen. Et feci ſic.

CAP. XV.

ECce loquere in aures plebis meæ ſermones 1
prophetiæ, quos immiſero in os tuū,dicit Do A
minus: * & fac vt in charta ſcribantur, quoniam 2
fideles & veri ſunt. * Ne timeas à cogitationibus 3
aduerſum te, nec turbēt te incredulitates dicen-
tium, * Quoniam omnis incredulus in incre- 4
dulitate ſua morietur. * Ecce ego induco, dicit 5
Dominus,ſuper orbem terrarum mala, gladium,
& famem, & mortē,& interitū: * propter quod 6
ſuperpolluit iniquitas omnē terram,& adimpleta
ſunt opera nociua illorū. * Propterea dicit Do- 7
minus: * Iam non ſilebo de impietatibus eorum 8
quæ irreligioſè agūt,nec ſuſtinebo in his quæ ini-
què exercent: ecce ſanguis innoxius & iuſtus cla-
mat ad me,& animæ iuſtorū clamāt perſeuerāter.
* Vindicans vindicabo illos, dicit Dominus, & 9
Apoc.6 accipiā omnem ſanguinem innoxiū ex illis ad me.
10.& 19. a.2. * Ecce populus meus quaſi grex ad occiſionē duci 10
tur, iā non patiar illū habitare in terra Ægypti:
* ſed educā eū in manu potenti & brachio excel- 11
ſo, & percutiā plaga ſicut prius, & corrumpā om-
nē terrā eius. * Lugebit Ægyptus,& fundamēta 12
eius plaga verberata, & caſtigatione quas indu-
cet ei Deus. * Lugebunt cultores operantes ter- 13
ram, quoniam deficient ſemina eorū ab vredine
14 & grandine, & à ſydere terribili. Væ ſeculo, &
15 qui habitant in eo: * quia appropinquauit gla-
dius & contritio eorum, & exurget gens contra
gentē ad pugnā, & rhomphæa in manibus eorū;
16 * Erit enim incōſtabilitio hominibus, & alij aliis
inualeſcentes non curabunt regē ſuum, & prin-
17 cipes viæ geſtorū ſuorum in potentia ſua. * Cō-
cupiſcet enim homo in ciuitatē ire, & non pote-
18 rit. * Propter ſuperbiam enim eorum ciuitates
B turbabūtur,domus exterentur,homines metuēt.
19 * Non miſerebitur homo proximum ſuū ad irri-
tum faciendum domos eorū in gladium, ad di-
ripiendas ſubſtantias eorum propter famē panis
20 & tribulationē multam. * Ecce, ego cōuoco,di-
cit Deus, omnes reges terræ ad me verendū, qui
ſunt ab Oriēte & ab Auſtro,ab Euro,& à Libano,
ad conuertendos in ſe, & reddere quæ dederunt
21 illis: * ſicut faciunt vſque hodie electis meis, ſic
faciā & reddā in ſinu eorū. Hæc dicit Dominus
22 Deus, * Nō parcet dextera mea ſuper peccatores,
nec ceſſabit rhomphæa ſuper effundētes ſangui-
23 nem innoxium ſuper terram. * Exiit ignis ab ira
eius,& deuorauit fundamēta terræ,& peccatores
24 quaſi ſtramē incēſum. * Væ eis qui peccant,& nō
25 obſeruant mandata mea, dicit Dominus. * non
parcā illis. Diſcedite filij à poteſtate. Nolite cō-
26 taminare ſanctificationē meā: * quoniam nouit
Dominus omnes qui delinquunt in illum. pro-
27 pterea tradidit eos in mortē,& in occiſionē. * Iā
enim venerunt ſuper orbem terrarum mala, &
manebitis in illis.non enim liberabit vos Deus,
28 propter quod peccaſtis in eum. * Ecce viſio hor-
29 ribilis,& facies illius ab Oriēte. * Et exient natio-
nes draconū Arabum in curribus multis,& ſicut
flatus eorum numerus fertur ſuper terrā, vt iam
timeant & trepident omnes qui illos audient
30 * carmonij inſanientes in ira, & exient vt apri de
ſylua,& aduenient de virtute magna, & conſta-
bunt in pugnam cum illis, & vaſtabunt portio-
31 nem terræ Aſſyriorum. * Et poſt hæc ſuperuale-
ſcent dracones natiuitatis ſuæ memores, & cōuer
tent ſe conſpirantes in virtute magna ad perſe-
32 quendos eos. * Iſti turbabuntur & ſilebunt in
virtute illorū, & conuertent pedes ſuos in fugā,
33 * & à territorio Aſſyriorum ſubſeſſor obſidebit
eos,& conſumet vnū ex illis, & erit timor & tre-
mor in exercitu illorū,& contentio in reges ipſo-
34 rū. * Ecce nubes ad Oriente, & à Septentrione
C vſque ad meridianum, & facies earum horrida
valde,plena iræ & procellæ, & collident ſe inui-
35 cem, * & collident ſydus copioſum ſuper terrā,
& ſydus illorum,& erit ſanguis à gladio vſque ad
36 ventrem, * & fimus hominis vſque ad ſubſtra-
men cameli, & erit timor & tremor multus ſuper
37 terram, * & horrebunt qui videbuut irā illam,
& tremor apprehendet illos : & poſt hæc moue-
buntur

buntur nimbi copioſi * à meridiano & ſepten- 38
trione,& portio alia ab occidente: * & ſuperin- 39
ualeſcent venti ab oriente, & recludent eam, &
nubē quā ſuſcitauit in ira,& ſydus ad faciendam
exterritationem ad orientalē ventū & occidentē
violabitur: * & exaltabuntur nubes magnæ & 40
validæ plenæ iræ,& ſydus, vt exterreant omnem
terram, & inhabitantes eam, & infundent
ſuper omnem locum altum & eminentem ſydus
terribile, * ignem & grandinem,& rhomphæas 41
volantes, & aquas multas, vt etiam impleantur
omnes campi, & omnes riui plenitudine aqua-
rum multarum. * & demolientur ciuitates, & 42
muros,& montes, & colles, & ligna ſyluarum, &
fœnum pratorum, & frumentā eorum. * Et 43
tranſibunt conſtantes vſque Babylonem, & ex-
terent eam: * cōuenient ad ipſam, & circuibunt 44
eam, & effundent ſydus, & omnem iram ſuper
eam, & ſubibit puluis & fumus vſque in cælum,
& omnes in circuitu lugebunt eam: * & qui ſub 45
ea remanſerint, ſeruient his qui exterruerunt.
* Et tu Aſia concors in ſpem Babylonis,& gloria 46
perſonæ eius, * væ tibi miſera propter quod aſ- 47
ſimilaſti ei, & ornaſti filias tuas in fornicatione,
ad placendum & gloriandū in amatoribus tuis,
qui tecum cupierunt ſemper fornicari. * Odibi- 48
lem imitata es in omnibus operibus eius, & in
adinuentionibus eius: propterea dicit Deus, D
* Immittam tibi mala,viduitatem, paupertatē,& 49
famē,& gladium, & peſtem, ad deuaſtandas do-
mos tuas à violatione, & morte,& gloria virtu-
tis tuæ. * Sicut flos ſiccabitur, cùm exurget ar- 50
dor qui emiſſus eſt ſuper te, * infirmaberis vt 51
paupercula plagata & caſtigata à mulieribus, vt
non poſsint te ſuſcipere potentes & amatores.
* Nunquid ego ſic zelabor te, dicit Dominus, 52
* niſi occidiſſes electos meos in omni tēpore, ex- 53
altans percuſsionē manuū,& dicens ſuper mortē
eorum,cùm inebriata eſſes, * Exorna ſpeciem vul 54
tus tui? * Merces fornicationis tuæ in ſinu tuo, 55
propter hoc redditionem accipies. * Sicut facies 56
electis meis, dicit Dominus: ſic faciet tibi Deus,
& tradet te in malum. * Et nati tui fame inte- 57
rient: & tu rhomphæa cades,& ciuitates tuæ cō-
terentur, & omnes tui in campo gladio cadent.
* Et qui ſunt in montibus,fame peribunt, & mā- 58
ducabunt carnes ſuas, & ſanguinem bibent à
fame panis & ſiti aquæ. * Infelix per maria ve- 59
nies, & rurſum accipies mala. * Et in tranſitu 60
ociosam & extenent.5. allident ciuitatem*occiſam, & exterent*aliquam
portionē terræ tuæ,& partē gloriæ tuæ extermi-
nabunt, rurſum reuertentes ad Babylonē * ſub-
conuersam 5. uerſam. * Et demolita eris illis pro ſtipula,& ipſi 61
erunt tibi ignis: * & deuorabunt te, & ciuita- 62
tes tuas, terram tuam & montes tuos, omnes
ſyluas tuas & lignum fructiferum igni combu-
63 rent. * Filios tuos captiuos ducent, & cenſum
tuum in prædam habebunt, & gloriam faciei
tuæ exterminabunt.

CAP. XVI.

1 VÆ tibi Babylon & Aſia, væ tibi Ægypte &
2 Syria. * Præcingite vos ſaccis & ciliciis, &
A plangite filios veſtros & dolete : quoniam ap-
3 propinquauit contritio veſtra. * Immiſſus eſt
4 vobis gladius, & quis eſt qui auertat illū? * Im-
miſſus eſt in vobis ignis,& quis eſt qui extinguat
5 illum? * Immiſſa ſunt vobis mala,& quis eſt qui
6 repellat ea? * Nūquid repellet aliquis leonem e-
ſurientem in ſylua, aut extinguet ignem in ſtipu
7 la, mox quando cœperit ardere? * Nunquid re-
pellet aliquis ſagittam à ſagittario forti miſſam?
8 * Dominus fortis immittit mala, & quis eſt qui
9 repellat ea? * Exiit ignis ex iracūdia eius,& quis
10 eſt qui extinguat eum? * Coruſcabit, & quis nō
11 timebit? Tonabit, & quis non pauebit? * Do-
minus comminabitur,& quis non funditus con-
12 teretur à facie ipſius? * Terra tremuit,& funda-
mēta eius, mare fluctuat de profundo, & fluctus
eius diſturbabuntur, & piſces eius à facie Domi-
13 ni,& à gloria virtutis eius. * quoniam fortis de-
xtera eius quæ arcū tēdit:ſagittæ eius acutæ quæ
ab ipſo mittūtur,nō deficient,cùm cœperint mit
14 ti in fines terræ. * Ecce mittuntur mala,& nō re-
15 uertentur donec veniant ſuper terram. * Ignis
ſuccenditur, & non extinguetur, donec conſu-
16 mat fundamenta terræ. * Quemadmodum non
redit ſagitta miſſa à valido ſagittario, ſic non re-
uertentur mala quæ miſſa fuerint in terram.
17 * Væ mihi,væ mihi: quis me liberabit in illis
18 diebus? * Initium dolorum & multi gemitus,
initium famis & multi interitus, initium bello-
rum,& formidabunt poteſtates, initium malo-
19 rum, & trepidabunt omnes. * In his quid fa-
20 ciam, cùm venerint mala? * Ecce fames & pla-
ga & tribulatio & anguſtia miſſa ſunt flagella in
21 emendatione, * & in his omnibus ſe non cōuer-
tent ab iniquitatibus ſuis, neq; flagellorum me-
22 mores erunt ſemper. * Ecce,erit annonæ vilitas
B ſuper terrā, ſic vt putent ſibi eſſe directam pacē,
& tunc germinabunt mala ſuper terrā, gladius,
23 fames, & magna confuſio. * A fame enim pluri-
mi qui inhabitant terrā interient,& gladius per-
24 det cæteros qui ſuperauerint à fame, * & mor-
tui ſicut ſtercora proiicientur,& non erit qui cō-
ſoletur eos. Derelinquetur enim terra deſerta,&
25 ciuitates eius deiicientur. * Non derelinquetur
26 qui colat terrā,& qui ſeminet eam. * Ligna da-
27 bunt fructus,& quis vindemiabit illa? * Vua ma
tura fiet,& quis calcabit illā?Erit enim locis ma-
28 gna deſertio. * Cupiet enim homo hominē vide-
29 re, vel vocē eius audire. * Relinquentur enim de
ciuitate decem, & duo de agro qui abſconderint
ſe

se in densis nemoribus, & scissuris petrarum:
‡ quemadmodum derelinquuntur in oliueto & 30
singulis arboribus tres aut quatuor oliuæ. ‡ aut 31
sicut in vinea vindemiata racemi relinquũtur ab
his qui diligenter vineã scrutantur: ‡ sic relin- 32
quentur in diebus illis tres aut quatuor ab scru-
tantibus domos eorum in rhomphæa. ‡ Et relin 33
quetur terra deserta, & agri eius inueterabũt, &
viæ eius,& omnes semitæ eius germinabunt spi-
nas, eò quòd non transient homines per eã. Lu-
gebunt virgines nõ habentes sponsos: ‡lugebũt 34
mulieres nõ habentes viros, lugebunt filiæ earũ
non habentes adiutorium: ‡sponsi earum in bel- 35
lo consumentur, & viri earum in fame exterentur. ‡ Audite verò ista, & cognoscite ea serui 36
Domini. ‡ Ecce verbum Domini,excipite illud: 37
ne dijs credatis de quibus dicit Dominus. ‡ Ec- 38
ce appropinquant mala,& nõ tardant. ‡Quem- 39
admodum prægnans cùm parit in nono mense C
filium suum, appropinquante hora partus eius
ante horas duas vel tres, dolores circumeunt
ventrem eius, & prodeũnte infante de ventre
non tardabunt vno puncto: ‡ sic nõ morabun- 40
tur mala ad prodeundum super terram, & secu-
lum gemet, & dolores circumtenebunt illud.
‡ Audite verbum, plebs mea: parate vos in pu- 41
gnam, & in malis sic estote, quasi aduenæ ter-
ræ. ‡ Qui vendit,quasi qui fugiat: & qui emit, 42
quasi qui perditurus. ‡ Qui mercatur,quasi qui 43
fructum non capiat: & qui ædificat, quasi non
habitaturus. ‡ Qui seminat,quasi qui non me- 44
tet: sic & qui vineam putat quasi non vinde-
miaturus. ‡ Qui nubunt, sic quasi filios non fa- 45
cturi: & qui non nubunt, sic quasi vidui.
‡ Propter quod qui laborãt, sine causa laborant: 46
‡ Fructus enim illorum alienigenæ metent, & 47
substantiam illorum rapient,& domos euertent,
& filios eorum captiuabunt, quia in captiuitate
& fame generant natos suos. ‡ Et qui negotian- 48
tur in rapina, quantum diu exornant ciuitates
& domos suas, & possessiones & personas suas,
‡ tanto magis adzelabor eos super peccata sua, 49
dicit Dominus. ‡ Quomodò zelatur fornicaria 50
mulierem idoneam & bonam valdè, ‡ sic zela- 51
bitur iustitia iniquitatẽ cùm exornat se, & accu-
sat eam in facie,cùm venerit qui defendat exqui-
rentem omne peccatum super terram. ‡ Propte- 52
reà nolite similari ei, nec operibus eius: ‡ quo- 53
niã adhuc pusillum, & tolletur iniquitas à terra,
& iustitia regnabit in vos. ‡ Non dicat pecca- 54
tor se nõ peccasse: quoniã carbones ignis cõburet
super caput eius qui dicit, Nõ peccaui coră-Do-
mino Deo & gloria ipsius. ‡ Ecce Dominus cõ- 55
gnoscet omnia opera hominum, & adinuentio-
nes illorum, & cogitationes illorum,& corda il-
lorum. ‡ Dixit enim, Fiat terra,& facta est: fiat 56
cælũ,& factũ est. ‡ Et in verbo illius stellæ fun- 57
datæ sunt, & nouit numerum stellarum. ‡ Qui 58
scrutatur abyssũ,& thesauros illarũ: qui mensus
est mare,& conceptum eius. ‡ Qui conclusit ma- 59
re,in medio aquarum,& suspendit terram super
aquas verbo suo. ‡ Qui extendit cælum quasi 60
D cameram, super aquas fundauit eum.
‡ Qui posuit in deserto fontes aquarũ, & super 61
verticẽ montium lacus ad emittendum flumina
ab eminenti petra, vt*potaret terrã. ‡ Qui fin- 62
xit hominem, & posuit cor suũ in medio corpo-
ris, & misit ei spiritum, vitam, & intellectum, ‡& 63
spiramen Dei omnipotentis qui fecit omnia, &
scrutinat omnia absconsa in absc5sis terræ. ‡ Hic 64
nouit adinuentionem vestram, & quæ cogitatis
in cordibus vestris, peccãtes & volentes occul-
tare peccata vestra. ‡ Propter quod Dominus 65
scrutinando scrutinauit omnia opera vestra, &
traducet vos omnes, ‡ & vos confusi eritis cùm 66
processerint peccata vestra coram hominibus,&
iniquitates erunt, quæ accusatores stabũt in die
illo. ‡ Quid facietis? aut quomodò absconditis 67
peccata vestra corã Deo & angelis eius? ‡ Ecce 68
iudex Deus,timete eũ. Desinite à peccatis vestris,
& obliuiscamini iniquitates vestras iã agere eas
in sempiterno, & Deus educet vos, & liberabit
de omni tribulatione. ‡ Ecce enim incenditur 69
ardor super vos turbæ copiosæ, & rapiẽt quosdã
ex vobis,& cibabũt idôlis occisos: ‡ & qui con- 70
sensserint eis, erunt illis in derisum, & in impro-
periũ, & in cõculcationẽ. ‡erit enim locis locus, 71
& in vicinas ciuitates exurrectio multa super ti-
mentes Dominum. ‡ Erunt quasi insani nemini 72
parcentes: ad diripiẽdum & deuastandũ adhuc
timentes Dominũ, ‡ quia deuastabũt & diripiẽt 73
substãtias, & de domibus suis eos eiiciẽt. ‡ Tũc 74
parebit probatio electorũ meorũ, vt aurum quod
probatur ab igne. ‡ Audite dilecti mei, dicit 75
Dominus,Ecce adsũt dies tribulationis,& de his
liberabo vos. ‡ Ne timeatis,nec hęsitetis,quoniã 76
Deus dux vester est. ‡ Et qui seruat mandata & 77
præcepta mea,dicit Dominus Deus,ne præpon-
derẽt vos peccata vestra, ne supereleuent se ini- 78
quitates vestræ. ‡Væ qui cõstringuntur à pecca-
tis suis,& obteguntur ab iniquitatibus suis,quẽ-
admodum ager cõstringitur à sylua, & spinis te-
gitur semita eius per quã non trãsit homo,& ex-
cluditur,& mittitur ad deuorationẽ ignis.

FINIS LIBRORVM ESDRAE.

PROLOGVS B. HIERONYMI IN LIBRVM TOBIÆ.

CHROMATIO & Heliodoro episcopis Hieronymus presbyter in Domino salutem. Mirari non desino exactionis vestræ instantiam. Exigitis enim vt librum Chaldæo sermone conscriptum, ad Latinum styIum traham: librum vtique Tobiæ, quem Hebræi de catalogo diuinarum Scripturarũ secantes, his quæ Hagiographa memorant, mancipauerunt. Feci satis desiderio vestro, non tamen meo studio. Arguunt enim nos Hebræorum studia, & imputant nobis contra suum canonem Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans Pharisæorum displicere iudicio, & Episcoporum iussionibus deseruire, institi vt potui. Et quia vicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebraico, vtriusque linguæ peritissimum loquacem reperiens, vnius diei laborem arripui: & quicquid ille mihi Hebraicis verbis expressit, hoc ego accito notario sermonibus Latinis exposui. Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo, cùm gratum vobis didicero me, quod iubere estis dignati, complesse.

LIBER TOBIAE.

Translat. B. Hierony.

CAP. I.

OBIAS ex tribu & ciui Tate Neptalim, quæ est in superioribus Galilææ supra Naason, post viam quæ ducit ad Occidentem, in sinistro habens ciuitatem Sephet:

‡ Cùm captus esset in 2 diebus Salmanasar regis Assyriorum: in captiuitate tamẽ positus, viam veritatis non deseruit.

‡ Ita vt omnia quæ 3 habere poterat, quotidie concaptiuis fratribus, qui erãt ex eius genere, impartiret.

‡ Cúmq; esset iunior 4 omnibus in tribu Neptalim, nihil tamẽ puerile B gessit in opere.

‡ Denique cùm irent 5 omnes ad vitulos aureos, quos Hieroboam fecerat rex Israel, hic solus fugiebat consortia omnium.

TOBIAS.

ΤΩΒΗΤ.

κεφαλ'. α'.

ΒΙβλος λόγων τωβὴτ, τοῦ τωβιὴλ, τοῦ ἀνανιὴλ, τοῦ ἀδουὶ, τοῦ γαβαὴλ, ἐκ τοῦ σπέρματος ἀσαὴλ, ἐκ τῆς
1 φυλῆς νεφθαλείμ· ‡ὃς ἠχμαλωτεύθη
ἐν ἡμέραις ἐνεμεσσάρ τοῦ βασιλέως
ἀσσυρίων ἐκ θίσβης, ἡ ἐστιν ἐκ δεξιῶν κυ-
είως τῆς νεφθαλεὶμ ἐν τῇ γαλιλαίᾳ ὑπε-
3 ρῶω ἀσήρ. ‡ἐγὼ τωβὴτ ὁδοῖς ἀληθείας
ἐπορευόμην καὶ δικαιοσύνης πάσας τὰς
ἡμέρας τῆς ζωῆς μου· καὶ ἐλεημοσύνας
πολλὰς ἐποίουν τοῖς ἀδελφοῖς μου καὶ τῷ
ἔθνει μου, τοῖς συμπορευθεῖσι μετ' ἐμοῦ εἰς
4 χώραν ἀσσυρίων εἰς νινευί. ‡καὶ ὅτε ἤμην
ἐν τῇ χώρᾳ μου ἐν τῇ γῇ ἰσραὴλ, νεω-
τέρου μου ὄντος, πᾶσα φυλὴ νεφ-
θαλεὶμ τοῦ πατρός μου ἀπέστη ἀπὸ
τοῦ οἴκου ἱερουσαλὴμ τοῦ ἐκλεχθῆναι
ἀπὸ πασῶν τῶν φυλῶν ἰσραὴλ·
5 ‡εἰς τὸ θυσιάζειν πάσας τὰς φυλάς·
καὶ ἡγιάσθη ὁ ναὸς τῆς κατασκευῆς
οὗ ὠκοδομήθη εἰς πάσας τὰς
γενεὰς τοῦ αἰῶνος· καὶ πᾶσαι αἱ φυ-
λαὶ ἀπεστράτευσαν, ἔθυον τῇ βααλ
τὴν δωδέκατον, καὶ ὁ οἶκος νεφθαλεὶμ
τοῦ πατρός μου.

Interpr. Græc.

CAP. I.

1 TIBER *sermonum Tobiæ, filij Tobiel, filij Ananiel, filij Adui, filij Gabael, de semine Asael, ex tribu Nephthalim:* ‡ *Qui captus est in*
2 *diebus Enemessari regis Assyriorum è Thisbe, quæ est à dextris propriè Nephthalim in Galilæa*
3 *supra Aser.* ‡*Ego Tobias vijs veritatis ambulaui, & iustitiæ omnibus diebus vitæ meæ, & eleemosynas multas faciebã fratribus meis & genti meæ, qui ambulauerunt mecum in regionem Assyriorum in Niniuen.*
4 ‡ *Et quando eram in regione mea in terra Israel, iuniore me existente, omnis tribus Nephthalim patris mei recessit à domo Hierosolymorũ, quæ electa est ab omnibus tribubus Israel,* ‡*Vt sacrificarent omnes*
5 *tribus, & sanctificatũ est templum tabernaculi Altissimi, & ædificatum est in omnes generationes seculi: & omnes tribus quæ recesserant, sacrificabãt Baal potestati, & domus Nephthalim patris mei.*

* *Et ego solus ibam multoties in Hierusalem in festiuitatibus, sicut scriptum est omni populo Israel in præcepto sempiterno, primitias & decimas fœtuum & primitiua habens, & dabam illa sacerdotibus filijs Aaron ad altare omnium fœtuum.*

* *Primam decimam dabam filijs Aaron ministrantibus in Hierusalem: at secundam decimam vendebam, & ibam & expendebam illa in Hierusalem per singulos annos.*

* *Et tertiam dabam quibus conueniebat, sicut præceperat Debbora mater patris mei, quia orphanus relictus sum à patre meo.*

* *Et cùm factus essem vir, accepi Annam vxorẽ de semine familiæ nostræ, & genui ex ea Tobiam.*

* *Et quando captiuus ductus fui in Niniuen, omnes fratres mei, & qui de genere meo, edebant de panibus gentilium.* * *Ego verò custodiui animã meam ne manducarem.*

* *Quia memor fui Dei in tota anima mea.*

* *Et dedit Altissimus gratiam, & formam in conspectu Enemessari, & fui eius emptor.*

* *Et profectus sum in Mediam, & tradidi Gabelo fratri Gabrie in Rages Mediæ argenti talenta decem.*

* *Et cùm mortuus esset Enemessarus, regnauit Sennacherib filius eius pro eo, & viæ eius cessauerunt; & non amplius potui ire in Mediam.*

* *Et in diebus Enemessari eleemosynas multas faciebam fratribus meis.*

* *Panes meos dabã esurientibus, & vestimenta mea nudis: & si quempiam de genere meo videbam mortuum, & proiectum in muro in Niniue, sepeliebam eum.*

6 * Ἐγὼ μόνος ἐπορευόμην πλεονάκις εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐν ταῖς ἑορταῖς, καθὼς γέγραπται παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραὴλ ἐν προστάγματι αἰωνίῳ, τὰς ἀπαρχὰς καὶ τὰς δεκάτας τῶν γηνημάτων καὶ τὰς πρωτοκουρίας ἔχων, καὶ ἐδίδουν αὐτὰς τοῖς ἱερεῦσι τοῖς υἱοῖς Ἀαρὼν εἰς τὸ θυσιαστήριον πάντων τῶν γηνημάτων.

7 * Τὸ πρώτῳ δεκάτην ἐδίδουν τοῖς υἱοῖς Ἀαρὼν τοῖς λειτουργοῦσιν ἐν Ἱερουσαλήμ· τὸ δὲ δευτέραν δεκάτην ἀπεπερισζόμην, καὶ ἐπορευόμην καὶ ἐδαπάνων αὐτὰ ἐν Ἱερουσαλὴμ κατ' ἔτος ἐνιαυτόν.

8 * Καὶ τὸ τρίτῳ ἐδίδουν οἷς καθήκει, καθὼς ἐνετείλατο Δεββώρα ἡ μήτηρ τοῦ πατρός μου, διότι ὀρφανὸς κατελείφθην ὑπὸ τοῦ πατρός μου.

9 * Καὶ ὅτε ἐγηράμην ἐγὼ καὶ ἔλαβον γυναῖκα ἐκ τοῦ σπέρματος τῆς πατριᾶς ἡμῶν, καὶ ἐγέννησα ἐξ αὐτῆς Τωβίαν.

10 * Καὶ ὅτε ἠχμαλωτίσθην εἰς Νινευὶ, πάντες οἱ ἀδελφοί μου καὶ οἱ ἐν τῇ γῇ μου, ἤσθιον ἐκ τῶν ἄρτων τῶν ἐθνῶν.

11 * Ἐγὼ δὲ ἐφυλαξάμην τὴν ψυχήν μου μὴ φαγεῖν.

12 * Καθότι ἐμεμνήμην τοῦ Θεοῦ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ μου.

13 * Καὶ ἔδωκεν ὁ ὕψιστος χάριν καὶ μορφὴν ἐνώπιον Ἐνεμεσσάρου, καὶ ἦμην αὐτοῦ ἀγοραστής.

14 * Καὶ ἐπορευόμην εἰς τὴν Μηδίαν· καὶ παρεθέμην Γαβαήλῳ τῷ ἀδελφῷ Γαβρίου ἐν Ῥάγοις τῆς Μηδίας ἀργυρίου τάλαντα δέκα.

15 * Καὶ ὅτε ἀπέθανεν Ἐνεμέσσαρος, ἐβασίλευσε Σενναχηρεὶβ ὁ υἱὸς αὐτοῦ· καὶ αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἠκατέστησαν· καὶ οὐκέτι ἠδυνήθην πορευθῆναι εἰς τὴν Μηδίαν.

16 * Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις Ἐνεμεσσάρου ἐλεημοσύας πολλὰς ἐποίουν τοῖς ἀδελφοῖς μου.

17 * Τοὺς ἄρτους μου ἐδίδουν τοῖς πεινῶσι, καὶ ταλμάτιά μου τοῖς γυμνοῖς· καὶ εἴ τινα ἐκ τοῦ γένους μου ἐθεώρουν τεθνηκότα καὶ ἐρριμμένον ἐπὶ τοῦ τείχους ἐνενευκὼ, ἔθαπτον αὐτόν.

6 * Et pergebat ad Hierusalem ad templũ Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israel, omnia primitiua sua & decimas suas fideliter offerens. * Ita vt in tertio anno proselytis & aduenis ministraret omnẽ decimationem. * Hæc & his similia secundũ legem Dei

9 puerul⁹ obseruabat. * Cùm C verò factus fuisset vir, accepit vxorẽ Annam de tribu sua: genuítque ex ea filium, nomen suum imponens ei:

10 * Quem ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato.

11 * Igitur dum per captiuitatẽ deuenisset cum vxore sua & filio in ciuitatẽ Niniuen cum omni tribu sua:

12 * Et cùm omnes ederent ex cibis gentilium, iste custodiuit animã suã, & nunquam contaminatus est in

13 escis eorũ. * Et quoniã memor fuit Dñi in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in cõspectu Salmanasar re-

14 gis: * Et dedit illi potestaD tem quocunq; vellet ire, habens libertatẽ quæcunque facere voluisset. * Pergebat

15 enim per omnes qui erãt in captiuitate, & monita salutis dabat eis. * Cùm autẽ

16 veniſſet in Rages ciuitatem Medorum, & ex his quibus honoratus fuerat à rege, habuisset decẽ talẽta argenti.

17 * Et cùm in multa turba generis sui Gabelum egentem videret, qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratũ pon-

18 dus argenti. * Post multũ verò temporis, mortuo Salmanasar rege, cùm regnaret Sennacherib filius eius pro

E eo, & filios Israel exosos haberet in conspectu suo:

19 * Tobias quotidie pergebat per omnẽ cognationem suam, & consolabatur eos, diuidebátque vnicuique, prout poterat, de facultatibus suis. 20 Esurientes alebat, nudísque vestimenta præbebat, & mortuis atque occisis sepulturam solicitus exhibebat.

* Denique cùm reuersus esset rex Sennacherib, fugiens à Iudæa plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blasphemiã suam, & iratus⁵ multos occideret ex filiis Israel, Tobias sepeliebat corpora eorum.

* At vbi nuntiatum est regi, iussit eum occîdi, & tulit omnem substantiam eius.

* Tobias verò cum filio suo, & cum vxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eum.

* Post dies verò quadraginta quinque occiderunt regem filij ipsius.

* Et reuersus est Tobias in domum suam, omnísq; facultas ei⁹ restituta est ei.

21 * Καὶ εἶτινα ἀπέκτεινε Σενναχηρεὶβ ὁ Βασιλεὺς ὅτε ἦλθε φεύγων ἐκ τῆς Ἰουδαίας, ἔθαψα αὐτὸν κλέπτων· πολλοὺς γὰρ ἀπώλεσεν ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ· καὶ ἐζητήθη ὑπὸ τοῦ Βασιλέως τὰ σώματα, 22 καὶ οὐχ εὑρέθη. * Πορευθεὶς δὲ εἷς τῶν νινευϊτῶν, ὑπέδειξε τῷ Βασιλεῖ περὶ ἐμοῦ ὅτι ἔθαπτον αὐτούς· καὶ ἐκρύβην. Φοβούμενος δὲ ὅτι ζητοῦμαι ἀποθανεῖν, φο 23 βηθεὶς ἀνεχώρησα. * Καὶ διηρπάγη πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου, καὶ ὁ κατελείφθη μοι οἶκος, πλὴν σύνας τῆς γυ 24 ναικός μου καὶ τοῦ υἱοῦ μου. * Καὶ οὐ διῆλθον ἡμέρας πεντηκονταπέντε, ἕως ἀπέκτειναν αὐτὸν οἱ δύο υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ ἔφυγον εἰς τὰ ὄρη Ἀραράτ· καὶ ἐβασίλευσεν Ἀχιάρδωνος υἱὸς αὐτοῦ Σύτ αὐτοῦ· καὶ ἔταξεν Ἀχιάχαρον σύναλ τὸν υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ μου ἐπὶ πάσαν τὴν ἀπολογίαν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ πάσῃ τὴν διοίκησιν· καὶ ἐξώσατο Ἀχιάχαρος περὶ ἐμοῦ, καὶ ἦλθον εἰς Νινευϊ· Ἀχιάχαρος δὲ ἦν οἰνοχόος καὶ 25 ἀπὸ δακτυλίου καὶ διοικητὴς, καὶ ἐπλογίσης· καὶ κατέστησεν αὐτὸν ὁ Ἀχιάρ δωνος ἐν δευτέρᾳ· ἦν δὲ ἐξάδελφός μου. * Ὅτε δὲ κατῆλθον εἰς τὸν οἶκόν μου, καὶ ἀπεδόθη μοι σύνα ἡ γυνή μου, καὶ τωβίας ὁ υἱός μου.

21 * Et si quempiam occidit Sennacherib rex quando venit fugiens de Iudæa, sepeliui eum furatus; multos enim perdidit in furore suo, & quæsita sunt à rege corpora, & non sunt in-

22 uenta. * Pergens autẽ vnus Niniuitarum, manifestauit regi de me quòd sepeliebam eos: & absconditus sum: cognoscẽs autẽ quòd quæror vt moriar,

23 timens secessi. * Et direptæ sunt omnes substantiæ meæ, & non est relictum mihi quicquã, præter Annam vxorẽ meam,

24 & Tobiam filiũ meũ. * Et non transierũt dies quinquaginta-quinque, vsq; quo occiderunt eum duo filij eius, & fugerunt in montes Ararat, & regnauit Achirdonus filius eius pro eo: & cõstituit Achiacharũ Anael filium fratris mei super omnẽ computationem patris sui, & super omnẽ gubernationem: et orauit Achiacharus pro me, & veni in Niniuen. Achiacharus autẽ erat pincerna & ab annulo, & gubernator, & computator; & cõstituit eũ Achirdonus secundo: erat autem pa-

25 truelis meus. * Cùm aũt redij in domũ meam, & restituta est mihi Anna vxor mea, & Tobias filius meus.

CAP. II.

1 POst hæc verò cùm esset dies festus Domini, & A factum esset prandium bonum in domo Tobiæ, dixit filio suo, Vade, & adduc aliquos de tribu nostra, timentes Deum, vt epulentur nobiscum.

2 * Cúmque abiisset, reuersus nuntiauit ei vnum ex filiis Israel iugulatum iacere in platea.

3 * Statímq; exiliés de accubitu suo, relinquens prãdium, ieiunus peruenit ad corpus: tollénsque illud portauit ad domum suam occultè, vt dum sol occubuisset, cautè sepeliret eum.

4 * Cúmque occultasset corpus, mãducauit panem eum luctu & tremore,

5 * Memorans illum sermonem quem dixit Dominus per Amos Prophetam,

6 * Dies festi vestri conuertentur in lamentationem & luctum.

7 * Cũ verò Sol occubuisset, abiit, & sepeliuit eum.

1 * Ἐν τῇ πεντηκοστῇ τῇ ἑορτῇ, ἥ ἐστιν ἁγία ἑπτὰ ἑβδομάδων, ἐγλήθη ἄριστον καλόν μοι· καὶ ἀνέπεσα φαγεῖν· καὶ 2 ἐθεασάμην ὄψα πολλά· καὶ εἶπα τῷ υἱῷ μου, βάδιζε ἄγαγε ὃν ἐὰν εὕρῃς τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἐνδεῆ, ὃς μεμνημένος τοῦ κυρίου· καὶ ἰδοὺ μείνω σε.

2 * Καὶ ἐλθὼν εἶπε, πάτερ εἷς ἐκ τοῦ γένους ἡμῶν ἐσφαγαλωμένος ἔρριπται 3 ἐν τῇ ἀγορᾷ. * Καγὼ πρὶν ἢ γεύσασθαί με, ἀναπηδήσας ἀνέλαβόμην αὐτὸν 4 εἰς οἴκημα, ἕως ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος. * Καὶ ἀπιὼν ἔλουσάμην καὶ ἤσθιον τὸν 5 ἄρτον μου ἐν λύπῃ· * Καὶ ἐμνήσθην τῆς 6 προφητείας Ἀμὼς καθὼς εἶπε· * Στραφήσονται αἱ ἑορταὶ ὑμῶν εἰς πένθος, καὶ πᾶσαι αἱ ᾠφρωσύναι ὑμῶν εἰς θρῆνον· 7 καὶ ἔκλαυσα. * Καὶ ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος, ὤχόμην, καὶ ὀρύξας ἔθαψα αὐτόν.

omnes lætitiæ vestræ in lamentationem: & fleui. 7 *Et cùm occidit Sol, abij, & effodiens sepeliui eum.*

*Et propinqui deridebãt, dicẽtes, Nõ adhuc timet hic interfici pro negotio isto, et fugit, & ecce iterũ sepelit mortuos. *Et in eadẽ nocte dormiui fœdatus iuxta parietem aulæ, & facies mea discooperta erat: *Et non sciebã quòd passerculi in pariete erãt. & oculis meis apertis, immiserũt stercus passerculi calidum in oculos meos, & factæ sunt albugines in oculis meis, & abij ad medicos, & nõ profuerũt mihi. Achiacharus autẽ nutriebat me, quousq; profect⁹ sum in Elymaida. *Et uxor mea Anna seruiebat in muliebribus. *Et mittebat dominis, & retribuerũt ei & ipsi mercedem, addentes etiam hœdũ.

*Cùm autẽ uenissẽt ad me, cæpit balare. & dixi ei, Vnde hœdulus, nunquid furtiuus est? redde illũ dominis, nõ enim licitum est mãducare furtiuum. Ipsa autẽ dixit, Dono datus est mihi supra mercedem. & non credebam illi. & dicebam reddere illũ dominis. & erubescebam ad eam. *Illa autẽ respondens mihi dixit, Vbi sunt eleemosynæ tuæ & iustitiæ tuæ? ecce cognita omnia tecum.

CAP. III.

ET tristatus fleui, & orauicũ dolore, dicens, *Iustus es Dñe, & omnia opera tua, et omnes uiæ tuæ misericordia & ueritas. & iudiciũ uerum & iustum tu iudicas in æternum.

*Memor esto mei & respice in me, ne me uindicaris ob peccata mea & ignorantias meas, & patrũ meorũ qui peccauerunt coram te. *Non obedierunt enim præceptis tuis. & dedisti nos in direptionem & captiuitatem & mortem & parabolam improperij omnibus, in quibus dispersi sumus.

*Καὶ ὁ πλησίον ἐπεγέλων, λέγοντες· οὐκέτι φοβᾶται οὗτος φονεῦσαι περὶ τοῦ πράγματος τούτου, καὶ ἀπέδρα. καὶ ἰδοὺ πάλιν θάπτει τοὺς νεκρούς. *καὶ ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ ἀνομιήθλιμ μεμιαμμένος ἔξω τὸν τοῖχον τῆς αὐλῆς· καὶ τὸ πρόσωπόν μου ἀνακάλυπτον ἦν. *καὶ οὐκ ἤδειν ὅτι στρουθία ἐν τῷ τοίχῳ ἐστί· καὶ τῶν ὀφθαλμῶν μου ἀνέωγότων, ἀφώδευσαν τὰ στρουθία θερμὸν εἰς τοὺς ὀφθαλμούς μου· καὶ ἐγενήθη λευκώματα ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς μου· καὶ ἐπορεύθην πρὸς ἰατροὺς, καὶ οὐκ ὠφέλησάν με· ἀχιάχαρος δὲ ἔτρεφέ με, ἕως εἰς Ἐλυμαΐδα ἐπορεύθην εἰς τὴν Ἐλυμαΐδα. *καὶ γυνὴ μου Ἄννα ἠργάζετο ἐν τοῖς γυναικείοις. *καὶ ἀπέστελλε τοῖς κυρίοις καὶ ἀπέδωκαν αὐτῇ καὶ αὐτοὶ τὸν μισθόν, προσοδύλες καὶ ἔριφον. *ὅτε ἦλθε πρός με, ἤρξατο κράζειν· καὶ εἶπον αὐτῇ, πόθεν τὸ ἐρίφιον, μὴ κλεῦμά ἐστιν; ἀπόδος αὐτὸ τοῖς κυρίοις· οὐ γὰρ θεμιτόν ἐστι φαγεῖν κλεῦμα ἐστιν· ἡ δὲ εἶπε, δῶρον δέδοταί μοι ἐπὶ τῷ μισθῷ· καὶ οὐκ ἐπίστευον αὐτῇ καὶ ἔλεγον ἀποδιδόναι αὐτὸ τοῖς κυρίοις· καὶ ἠρυθρίων πρὸς αὐτήν. *ἡ δὲ ἀποκρειθεῖσά μοι εἶπε, ποῦ εἰσὶν αἱ ἐλεημοσύναι σου καὶ αἱ δικαιοσύναι σου; ἰδοὺ γνωστά πάντα μετὰ σοῦ.

*Καὶ λυπηθεὶς ἔκλαυσα· καὶ προσηυξάμην μετ' ὀδυνῶν, λέγων·

*δίκαιος εἶ κύριε καὶ πάντα τὰ ἔργα σου· καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοί σου ἐλεημοσύνη καὶ ἀλήθεια· καὶ κρίσιν ἀληθινὴν καὶ δικαίαν σὺ κρίνεις εἰς τὸν αἰῶνα.

*μνήσθητί μου καὶ ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμέ· μὴ με ἐκδικήσῃς ταῖς ἁμαρτίαις μου καὶ τοῖς ἀγνοήμασί μου, καὶ τῶν πατέρων μου οἳ ἥμαρτον ἐνώπιόν σου.

*παρήκουσαν γὰρ τῶν ἐντολῶν σου· καὶ ἔδωκας ἡμᾶς εἰς διαρπαγὴν καὶ αἰχμαλωσίαν καὶ θάνατον καὶ παραβολὴν ὀνειδισμοῦ πᾶσιν οἷς ἐσκορπίσμεθα.

*Arguebant autem eum omnes proximi eius, dicentes, Iam huius rei causa interfici iussus es, & vix effugisti mortis imperiũ, & iterum sepelis mortuos. *Sed Tobias plus timẽs Deum q̃ regẽ, rapiebat corpora occisorũ, & occultabat in domo sua, & mediis noctibus sepeliebat ea. *Contigit autẽ vt quadam die fatigatus à sepultura, veniens domum iactasset se iuxta parietẽ, & obdormisset: *Et ex nido hirũdinũ dormiẽti illi calida C stercora inciderent super oculos eius, fierétque cæcus. *Hanc autẽ tentationem ideo permisit Dñs euenire illi, vt posteris daretur exẽplũ patientiæ eius, sicut & sancti Iob. *Ná cũ ab infantia sua semp Deũ timuerit, & mãdata eius custodierit, nõ est cõristat⁹ cõtra Deũ, ꝙ plaga cæcitatis euenerit ei: sed immobilis in Dei timore pmansit, agẽs gratias Deo omnib⁹ dieb⁹ vitæ suæ.

*Nam sicut beato Iob insultabãt reges: ita isti parẽtes & cognati eius irridebãt vitã eius, dicẽtes, *Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas? *Tobias verò increpabat eos, dicẽs, *Nolite ita loqui, quoniã filij sanctorũ sum⁹, & vitam illam expectamus, *Quam Deus daturus est his qui fidẽ suã nũquã mutãt ab eo. *Anna verò vxor D eius ibat ad opus textrinũ quotidie: & de labore manuũ suarũ victũ, quẽ cõsequebatur potuissẽt, deferebat. *Vnde factũ est, vt hœdũ caprarũ accipiens detulisset domi. *Cuius cùm vocẽ balantis vir eius audisset, dixit, Videte ne fortè furtiuus sit: reddite eũ dominis suis, ꝙa nõ licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut cõtingere. *Ad hæc vxor eius irata respõdit, Manifestè vana facta est spes tua, & eleemosynæ tuæ modò apparuerũt. Atque his & aliis huiuscemodi verbis exprobrabat ei. CAP. III.

TVnc Tobias ingemuit, & cœpit orare cũ lachrymis, dicẽs, *Iustus es Dñe, & omnia iudicia tua vera sunt, & oẽs viæ tuæ, misericordia, & veritas, & iudiciũ. *Et nũc Dñe memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum. *Quoniam non obediuimus præceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionem, & captiuitatem, & mortem, & in fabulam, & in improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos.

*Et nunc, Domine, magna iudicia tua, quia non egimus secundum præcepta tua, & non ambulauimus synceriter coram te. *Et nunc Dñe secundum volũtatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum. Expedit enim mihi mori magis quàm viuere. *Eadem igitur die C cõtigit vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipsa audiret improperium ab vna ex ancillis patris sui; *Quoniam tradita fuerat septem viris, & dæmonium nomine Asmodæus occiderat eos, mox vt ingressi fuissent ad eam.

*Ergo cùm pro culpa sua increparet puellam, respondit ei, dicẽs, *Amplius ex te nõ videamus filiũ, aut filiã super terrã, interfectrix virorum tuorũ. *Nunquid & occidere me vis, sicut etiã occidisti septem viros?

*Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domus suæ: & tribus diebus & tribus noctibus non manducauit, neque bibit; sed in oratione persistens cum lachrymis deprecabatur Deum, vt ab isto improperio liberaret eam.

*Factum est autem die tertia, dum compleret oratiC onem, benedicens Dñm, dixit, *Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum; qui cùm iratus fueris, misericordiã facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. *Ad te Dñe faciem meam conuerto, ad te oculos meos erigo. *Peto Dñe, vt de vinculo improperij hui⁹ absoluas me, aut certè desuper terrã eripias me. *Tu scis Dñe quia nun quã cõcupiui virũ, & mundam seruaui animã meam ab omni concupiscentia.

TOBIAS.

*καὶ νῦν πολλαὶ αἱ κρίσεις σου εἰσὶ καὶ ἀληθιναί· οὕτως ἐμοὶ ποίησον ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν μου καὶ τῶν πατέρων μου, ὅτι οὐκ ἐποιήσαμεν τὰς ἐντολάς σου· ἐν γὰρ ἀληθείᾳ ἐνώπιόν σου. *καὶ νῦν κύριε πρόσεχε ἐνώπιόν σου ποίησον μετ' ἐμοῦ· ἐπίταξον ἀπολυθῆναι τὸ πνεῦμά μου, ὅπως ἀπολυθῶ καὶ γένωμαι γῆ· διότι λυσιτελές μοι ἀποθανεῖν ἢ ζῆν, ὅτι ὀνειδισμοὺς ψευδεῖς ἤκουσα, καὶ λύπη ἐστὶ πολλὴ ἐν ἐμοί· ἐπίταξον ἀπολυθῆναί με τῆς ἀνάγκης ἥδη εἰς τὸν αἰώνιον τόπον· μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ.

*ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ συνέβη τῇ θυγατρὶ Ῥαγουὴλ Σάρρᾳ ἐν Ἐκβατάνοις τῆς Μηδίας, καὶ ταύτῃ ὀνειδίσθησαι ὑπὸ παιδίσκης τοῦ πατρὸς αὐτῆς.

*ὅτι ἐδεδώκει ἑπτὰ ἀνδράσιν ἤδη, καὶ ὁ ἀσμοδαῖος τὸ πονηρὸν δαιμόνιον ἀπέκτεινεν αὐτούς, πρὶν ἢ γνωσθῆναι αὐτοὺς μετ' αὐτῆς ὡς ἐν γυναιξί.

*καὶ εἶπον αὐτῇ, οὐ συνίης ὅπως ἐπνιγόσα σου ἀνδρας ἔχεις, καὶ οὗτοι αὐτῶν οὐκ ὠνομάσθης.

*τί ἡμᾶς μαστιγοῖς περὶ αὐτῶν; εἰ ἀπέθανον, ἀκολούθει μετ' αὐτῶν, μὴ ἴδοιμί σου ὑὸν ἢ θυγατέρα εἰς τὸν αἰῶνα.

*ταῦτα ἀκούσασα, ἐλυπήθη σφόδρα, ὡς τε ἀπάγξασθαι, καὶ εἶπε, μία μοί ἐστι θυγάτηρ μου· ἐὰν ποιήσω τοῦτο, ὀνειδος ἐστὶ, καὶ τὸ γῆρας αὐτοῦ καταξω μετ' ὀδυνῶν εἰς ᾅδου.

*καὶ ἐδεήθη πρὸς τὴν θυρίδα· καὶ εἶπεν·

*εὐλογητὸς εἶ κύριε ὁ θεός μου, καὶ εὐλογητὸν τὸ ὄνομα τῆς δόξης σου τὸ ἅγιον καὶ τίμιον εἰς τοὺς αἰῶνας· εὐλογήσαισάν σε πάντα τὰ ἔργα σου εἰς τὸν αἰῶνα.

*καὶ νῦν κύριε τοὺς ὀφθαλμούς μου καὶ τὸ πρόσωπόν μου εἰς σὲ δέδωκα.

*εἶπον ἀπολῦσαί με ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ μὴ ἀκοῦσαί με μηκέτι ὀνειδισμόν.

*σὺ γινώσκεις κύριε ὅτι καθαρά εἰμι ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας σου δούλης.

*Et nunc multa iudicia tua sunt & uera, de me fac pro peccatis meis & patrum meorum; quoniam nõ fecimus præcepta tua, non enim ambulauimus in ueritate coram te.

*Et nunc secundum placitum coram te fac mecum · præcipe recipere spiritum meum, vt peream & fiam terra, quoniam utile mihi mori quàm viuere; quia opprobria mendosa audui, & tristitia est multa in me: præcipe absolui me de necessitate iam in æternum locum: ne auertas faciem tuam à me.

*In eadem die contigit filiæ Raguelis Sarræ in Ecbatanis Mediæ, & hanc opprobrari ab ancillis patris sui.

*Quoniam erat tradita viris septem, & Asmodæus nequam dæmonium occidit eos, antequam essent ipsi cum ea vt in mulieribus.

*Et dixerunt ei, Non intelligis quòd suffocaueris uiros tuos? iam septem uiros habuisti, & unius eorum non es nominata:

*Quare nos uerberas pro eis? si mortui sunt, uade cum illis, ne uideamus ex te filium aut filiam in æternum.

*Hæc cùm audisset, tristata est ualdè, ut suffocaretur, & dixit, Una quidem sum patri meo: si fecero hoc, improperiũ ipsi est, & senectam eius deducam cum dolore in infernum.

*Et deprecata est ad fenestram, & dixit:

*Benedictus es Domine Deus meus, & benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum & honorabile in secula: benedicent te omnia opera tua in seculum.

*Et nunc Domine oculos meos, & faciem meam in te dedi.

*Dixi ut absoluas me de terra: & vt non audiam ego amplius improperium. *Tu cognoscis Domine quòd munda sum ab omni peccato uiri.

‡ *Et non coinquinaui nomen meum neque nomen patris mei in terra captiuitatis meæ: vnigenita sum patri meo, & non est ei filius qui sit hæres ei, neque frater propinquus, neq; existens ei filius, vt seruem me ei vxorem: iam perierunt mihi septem, ad quid mihi reliquum viuere? & nisi videtur tibi interficere me, præcipe respicere in me & misereri mei, & non audire me amplius improperium.* ‡ *Et audita est oratio amborum in conspectu gloriæ summi Dei.*

‡ *Et missus est Raphael vt curaret duos, Tobiæ vt decorticaret albugines, et Sarrã filiã Raguel vt daret Tobiæ filio Tobiæ vxorem, & ligaret Asmodæum nequã dæmonium, quoniam ad Tobiam attinet hæreditare eam. In eodem tempore reuersus Tobias, introiuit in domum suam, & Sarra filia Raguelis descendit de superiori cubiculo suo.*

CAP. IIII.

IN die illa, recordatus est Tobias de argento quod tradidit Gabelo in Rages Mediæ.

‡ *Et dixit intra se, Ego petij mortem; cur non voco Tobiam filium meum vt ei ostendam antequam moriar ego? & vocans eum, dixit:*

‡ *Fili si mortuus fuero, sepeli me, & ne despexeris matrem tuam. honora eam omnibus diebus vitæ tuæ, & fac quod placitum est ei; & ne tristitia afficias eam.* ‡ *Memento fili, quòd multa pericula vidit propter te in vtero.*

‡ *Cùm mortua fuerit, sepeli eam apud me in vno sepulchro.*

‡ *Omnibus diebus fili Domini Dei nostri memor esto, & ne velis peccare & transgredi præcepta eius, & iustitiam fac omnibus diebus vitæ tuæ, et ne ambules vijs iniquitatis, quia faciẽte te veritatem prosperitates erũt in operibus tuis, & omnibus facientibus iustitiã.*

‡ καὶ οὐκ ἐμόλυνα τὸ ὄνομά μου ἐν ἐμοὶ τὸ ὄνομα τοῦ πατρός μου ἐν τῇ γῇ τῆς αἰχμαλωσίας μου· μονογενής εἰμι τῷ πατρί μου, καὶ οὐκ ὑπάρχει αὐτῷ παιδίον ὃ κληρονομήσει αὐτόν, οὐδὲ ἀδελφὸς ἐγγύς, οὐδὲ ὑπάρχων αὐτῷ υἱός, ἵνα σωτηρήσω ἐμαυτὴν αὐτῷ γυναῖκα· ἤδη ἀπώλοντό μοι ἑπτά. ἱνατί μοι λοιπὸν ζῶ; καὶ εἰμὴ δοκεῖ σοι τοῦ ἀποκτεῖναί με, πρόσταξον περὶ ἐμοῦ ἵνα μὴ ἀκούσω μηκέτι ὀνειδισμόν.

‡ καὶ εἰσηκούσθη ἡ προσευχὴ ἀμφοτέρων ἐνώπιον τῆς δόξης τοῦ μεγάλου θεοῦ. ‡ καὶ ἀπεστάλη ῥαφαὴλ ἰάσασθαι δύο, λῶσαι λεπίσμα τὰ λευκώματα, καὶ σάρραν τὴν τοῦ ῥαγουὴλ δοθῆναι τῷ τωβίᾳ τῷ υἱῷ τωβὶτ γυναῖκα, καὶ ὅπως ἀποδαίων τὸ πονηρὸν δαιμόνιον, διότι τῷ τωβίᾳ πρέπει κληρονομῆσαι αὐτόν· ἐν ὥρᾳ τῷ καιρῷ ἐπιστρέψας τωβὶτ, εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ· καὶ σάρρα ἡ τοῦ ῥαγουὴλ κατέβη ἐκ τοῦ ὑπερῴου αὐτῆς.

κδ'.

‡ Εν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἐμνήσθη τωβὶτ περὶ τοῦ ἀργυρίου ὃ παρέθετο γαβαήλῳ ἐν ῥάγοις τῆς μηδίας. ‡ καὶ εἶπεν ἐν ἑαυτῷ, ἐγὼ ἠτησάμην θάνατον· τί οὐ καλῶ τωβίαν τὸν υἱόν μου ἵνα αὐτῷ δείξω πρὶν ἀποθανεῖν με; καὶ καλέσας αὐτὸν εἶπε· ‡ παιδίον ἐὰν ἀποθάνω, θάψον με, καὶ μὴ ὑπερίδῃς τὴν μητέρα σου· τίμα αὐτὴν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου· καὶ ποίει τὸ ἀρεστὸν αὐτῇ· καὶ μὴ λυπήσῃς αὐτήν.

‡ μνήσθητι παιδίον, ὅτι πολλοὺς κινδύνους ἑώρακεν ἐν τῇ κοιλίᾳ.

‡ ὅταν ἀποθάνῃ, θάψον αὐτὴν πρὸς ἐμοὶ ἐν ἑνὶ τάφῳ. ‡ πάσας τὰς ἡμέρας παιδίον κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν μνημόνευε· καὶ μὴ θελήσῃς ἁμαρτάνειν καὶ παραβῆναι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ· καὶ δικαιοσύνην ποίει πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου· καὶ μὴ πορευθῇς ταῖς ὁδοῖς τῆς ἀδικίας, διότι ποιοῦντές σου τὴν ἀλήθειαν εὐοδίαν ἕξουσιν ἐν τοῖς ἔργοις σου, καὶ πᾶσι τοῖς ποιοῦσι τὴν δικαιοσύνην.

‡ Nunquã cũ ludẽtibus miscui me, neq; cũ his qui in leuitate ambulãt, particeps me præbui. ‡ Virum aũt cũ timore tuo, nõ cum libidine mea consensi suscipere. ‡ Et aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan mihi non fuerunt digni, quia forsitan viro alii cõseruasti me. ‡ Non est enim in hominis potestate consilium tuum. ‡ Hoc aũt pro certo habet omnis qui colit te: quia vita ei' si in probatione fuerit, coronabitur; si autem in tribulatione fuerit, liberabitur; & si in corruptione fuerit, ad misericordiam tuam veniet: licebit. ‡ Nõ enim delectaris in ꝑditionibus nostris, quia post tempestatem trãquillũ facis, & post lachrymationẽ & fletũ exultationẽ infundis. Sit nomẽ tuũ, Deus Israel, benedictum in secula. ‡ In illo tẽpore exauditę sunt preces amborum in cõspectu gloriæ summi Dei. ‡ Et missus est angelus Dñi sanctus Raphael, vt curaret eos ambos, quorum vno tẽpore sunt orationes in conspectu Dñi recitatæ.

CAP. IIII.

IGitur cùm Tobias putaret orationem suam exaudiri, vt mori potuisset, vocauit ad se Tobiam filium suum, dixítque ei, ‡ Audi, fili mi, verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum construe. ‡ Cùm acceperit Deus animã meã, corpus meũ sepeli, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius.

‡ Memor enim esse debes quæ & quãta pericula passa sit propter te in vtero suo.

‡ Cùm autem & ipsa cõpleuerit tẽpus vitæ suæ, sepelias eã circa me. ‡ Omnibꝰ aũt diebus vitæ tuę in mẽte habeto Deũ, & caue ne aliquando peccato cõsentias, & prætermittas præcepta Dei nostri.

‡ Ex substãtia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini.

‡ Quomodo potueris, ita esto misericors.

‡ Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude.

‡ Præmium enim bonũ tibi thesaurizas in die necessitatis.

‡ Quoniam eleemosyna ab omni peccato, & morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.

‡ Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna, omnibus facientibus eam.

‡ Attende tibi, fili mi, ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nũquam patiaris crimen scire.

‡ Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.

‡ Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat.

‡ Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquãdo alteri facias.

‡ ὃν τῶν ὑπαρχόντων σοι ποίει ἐλεημοσύνην, καὶ μὴ φθονησάτω σου ὁ ὀφθαλμὸς ἐν τῷ ποιεῖν ἐλεημοσύνην· μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ παντὸς πτωχοῦ, καὶ ἀπὸ σοῦ μὴ ἀποστραφῇ τὸ πρόσωπον ⸗θεοῦ.

‡ ὡς σοι ὑπάρχει καὶ τὸ πλῆθος, ποίησον ἐξ αὐτῶν ἐλεημοσύνην.

‡ ἐὰν ὀλίγον σοι ὑπάρχῃ, καὶ τὸ ὀλίγον μὴ φοβοῦ ποιεῖν ἐλεημοσύνην.

‡ θέμα γὰρ ἀγαθὸν θησαυρίζεις σεαυτῷ εἰς ἡμέραν ἀνάγκης.

‡ διότι ἐλεημοσύνη ἐκ θανάτου ῥύεται, καὶ οὐκ ἐᾷ εἰσελθεῖν εἰς τὸ σκότος.

‡ δῶρον γὰρ ἀγαθόν ἐστιν ἐλεημοσύνη πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτὴν ἐνώπιον τοῦ ὑψίστου.

‡ πρόσεχε σεαυτῷ παιδίον ἀπὸ πάσης πορνείας· καὶ γυναῖκα πρῶτον λάβε ἀπὸ τοῦ σπέρματος τῶν πατέρων σου· καὶ μὴ λάβῃς γυναῖκα ἀλλοτρίαν, ἣ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ πατρός σου· διότι υἱοὶ προφητῶν ἐσμέν, ναέ, ἀβραάμ, ἰσαὰκ καὶ ἰακώβ, οἱ πατέρες ἡμῶν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, μνήσθητι παιδίον, ὅτι πρῶτοι ἔλαβον γυναῖκας ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν, καὶ εὐλογήθησαν ἐν τοῖς τέκνοις αὐτῶν· καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν κληρονομήσει γῆν. καὶ νῦν παιδίον ἀγάπα τοὺς ἀδελφούς σου. ‡ καὶ μὴ ὑπερηφανεύσῃ ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν σου καὶ τῶν υἱῶν καὶ θυγατέρων τοῦ λαοῦ σου λαβεῖν σεαυτῷ ἐξ αὐτῶν γυναῖκα· διότι ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ ἀπώλεια καὶ ἀκαταστασία πολλή· καὶ ἐν τῇ ἀργειότητι ἐλάττωσις καὶ ὀδύνη μεγάλη· ἡ γὰρ ἀργὸς μήτηρ ἐστὶ λιμοῦ· μισθὸς παντὸς ἀνθρώπου. ‡ ὃς ἐὰν ἐργάσηταί σοι, παρ' αὐτοῦ μὴ αὐλισθήτω· ἀλλὰ ἀπόδος αὐτῷ παραυτίκα· καὶ ἐὰν δουλεύσῃς τῷ θεῷ, ἀποδοθήσεταί σοι.

‡ πρόσεχε σεαυτῷ παιδίον ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου· καὶ ἴδε πεπαιδαγμένος ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ σου· καὶ ᾧ μισεῖς, μηδενὶ ποιήσῃς· οἶνον εἰς μέθην μὴ πίῃς· καὶ μὴ πορευθήτω μετὰ σοῦ μέθη ἐν τῇ ὁδῷ σου.

‡ *De facultatibus tuis fac eleemosynam, & ne inuideat tuus oculus in faciendo eleemosynam. ne auertas faciem tuam ab omni paupere, & à te non* 8 *auertetur facies Dei.* ‡ *Quemadmodum tibi fuerit secundùm multitudinem, fac ex eis eleemosynam.*

9 ‡ *Si paucum tibi fuerit, iuxta paucum ne timeas facere eleemosynam.*

10 ‡ *Præmium enim bonum thesaurizas tibi in diem necessitatis.*

11 ‡ *Quoniam eleemosyna à morte liberat, & non sinit intrare in tenebras.*

12 ‡ *Donum enim bonum est eleemosyna omnibus facientibus eam coram Altissimo.*

13 ‡ *Attende tibi, fili, ab omni fornicatione, & vxorem primùm accipe de semine patrum tuorum. & ne accipias vxorem extraneam, quæ non est de tribu patris tui, quoniam filij prophetarum sumus: Noe, Abraham, Isaac & Jacob, patres nostri ab æterno, memor esto fili, quòd omnes isti acceperunt vxores de fratribus suis, & benedicti sunt in filiis suis. & semen eorum hæreditabit terram. & nunc, fili, dilige fratres tuos.*

14 ‡ *Et non superbias in corde tuo de fratribus tuis & filiis & filiabus populi tui, accipere tibi ex eis vxorem. quoniam in superbia perditio, & non stabilitas multa. & in inutilitate diminutio et indigẽtia magna. nã inutilitas mater est famis, merces omnis hominis.*

15 ‡ *Quicunque operatus fuerit tibi, apud te non remaneat, sed redde ei statim. & si seruieris Deo, reddetur tibi.*

16 ‡ *Attende tibi fili in omnibus operibus tuis, & esto eruditus in omni conuersatione tua. & quod oderis, nemini facias: vinum ad ebrietatem ne bibas, & ne ambulet tecum ebrietas in via tua.*

‡ *De pane tuo da esurienti,* 17
& de vestimentis tuis nudis:
de omni quod superfuerit tibi,
fac eleemosynã, & ne inuideat
tuus oculus dum feceris elee-
mosynam.

‡ *Effunde panes tuos super* 18
sepulturam iustorum, & ne
des peccatoribus.

‡ *Consilium ab omni sapien-* 19
te require: & ne despicias o-
mnino consilium vtile.

‡ *Et in omni tempore bene-* 20
dic Dominum, & ab eo pete,
vt viæ tuæ rectæ fiant, & o-
mnes semitæ tuæ, & consilia
tua prosperentur, quoniam om
nis gens non habet consilium,
sed ipse Dominus dat omnia
bona: & quem vult humiliat,
sicut vult; & nunc fili memor
esto præceptorum meorum, &
ne deleantur de corde tuo.

‡ *Et nunc indico tibi decem* 21
talenta argenti quæ dedi Ga-
belo fratri Gabrie in Rages
Mediæ.

‡ *Et ne timeas fili, quòd* 22
mendici facti sumus: sunt tibi
multa, si timueris Deum, &
recesseris ab omni peccato, &
feceris quod placitum est co-
ram eo.

CAP. V.

ET *respondens Tobias, di-* 1
xit, Pater faciam omnia
quæcunque præcepisti mihi.

‡ *Sed quomodo potero acci-* 2
pere pecuniam, non cognoscens
eum?

‡ *Et dedit ei chirographum,* 3
& dixit ei:

‡ *Inquire tibi hominem qui* 4
eat tecum, & dabo ei mercedẽ
dum viuo, & recipe vadens
pecuniam.

‡ *Et iuit ad quærendum ho* 5
minem; & inuenit Raphae-
lem qui erat angelus.

‡ *Et non cognouit: & dixit* 6
ei, Si potes ire mecum in Ra- 7
ges Mediæ, et si expertus es lo- 8
corum?

‡ *Et dixit ei Angelus, Ibo* 9
tecum, & apud Gabelum fra-
trem nostrum moratus sum.

‡ ὲκ τοῦ ἄρτου σου δίδου πεινῶντι, καὶ 17
ἐκ τῶν ἱματίων σου τοῖς γυμνοῖς· πᾶν
ὃ ἐὰν περισσεύσῃ σοι, ποίει ἐλεημοσύ-
νην· καὶ μὴ φθονησάτω σου ὁ ὀφθαλ-
μὸς ἐν τῷ ποιεῖν ἐλεημοσύνην.

‡ ἔχεσον σὸν ἄρτον σου ἐπὶ τὸν τά- 18
φον τῶν δικαίων, καὶ μὴ δῷς τοῖς ἁμαρ-
τωλοῖς. ‡ συμβουλίαν παρὰ παντὸς 19
φρονίμου ζήτησον· καὶ μὴ καταφρονή-
σῃς ἐπαντὸς συμβουλίας χρησίμης.

‡ καὶ ἐν παντὶ καιρῷ εὐλόγει τὸν 20
κύριον, καὶ παρ' αὐτοῦ αἴτησον, ὅπως αἱ
ὁδοί σου εὐθεῖαι γένωνται, καὶ πᾶσαι αἱ
τρίβοι σου καὶ αἱ βουλαί σου εὐοδωθῶσι·
διότι πᾶν ἔθνος οὐκ ἔχει βουλήν,
ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος δώσει πάντα τὰ
ἀγαθά· καὶ ὃν θέλει ταπεινοῖ, καθὼς
βούλεται· καὶ νῦν παιδίον μνημόνευε τῶν
ἐντολῶν μου· καὶ μὴ ἐξαλειφθήτωσαν
ἀπὸ τῆς καρδίας σου.

‡ καὶ νῦν ἀποδεικνύω σοι τὰ δέκα 21
τάλαντα τοῦ ἀργυρίου ἃ παρεθέμην
Γαβαήλῳ τῷ τοῦ Γαβρία ἐν ῥαγοις
τῆς Μηδίας.

‡ καὶ μὴ φόβου παιδίον, ὅτι ἐπῆλθο- 22
χόσαμεν· ὑπάρχει σοι πολλά, ἐὰν
φοβῇ τὸν θεόν, καὶ ἀποστῆς ἀπὸ πάσης
ἁμαρτίας, καὶ ποιήσῃς τὸ ἀρεστὸν ἐνώ-
πιον αὐτοῦ.

ε'.

‡ Καὶ ἀποκριθεὶς Τωβίας εἶπε, 1
πάτερ ποιήσω πάντα ὅσα ἐντέταλ-
σαί μοι. ‡ ἀλλὰ πῶς δυνήσομαι λα- 2
βεῖν τὸ ἀργύριον, μὴ γινώσκων αὐτόν;

‡ καὶ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ χειρόγραφον 3
καὶ εἶπεν αὐτῷ.

‡ ζήτησον σεαυτῷ ἄνθρωπον ὃς 4
συμπορεύσεταί σοι, καὶ δώσω αὐτῷ
μισθὸν ἕως ζῶ· καὶ λάβε πορευθεὶς τὸ
ἀργύριον.

‡ καὶ ἐπορεύθη ζητῆσαι ἄνθρωπον· 5
καὶ εὗρε τὸν ῥαφαὴλ ὃς ἦν ἄγγελος.

‡ καὶ οὐκ ἤδει· καὶ εἶπεν αὐτῷ, εἰ δύ- 6
νασαι πορευθῆναι μετ' ἐμοῦ εἰς ῥάγους
τῆς Μηδίας, καὶ εἰ ἔμπειρος εἶ τῶν
τόπων;

‡ καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος, πορεύ- 9
σομαι μετὰ σοῦ· καὶ πρὸς Γαβαὴλ τὸν
ἀδελφὸν ἡμῶν ηὐλίσθην.

‡ Panẽ tuũ cũ esurientibus 17
& egentibus comede: & de
vestimẽtis tuis nudos tege.

‡ Panẽ tuũ, & vinũ tuũ 18
super sepulturã iusti cõsti-
tue, & noli ex eo manducare,
& bibere cũ peccatoribꝰ.

‡ Cõsiliũ semper à sapiẽte 19
perquire. ‡ Omni tempore 20
benedic Deũ, & pete ab eo,
vt vias tuas dirigat, & om-
nia cõsilia tua in ipso per-
maneant. ‡ Indico etiã tibi 21
fili mi, dediſſe me decẽ ta-
lẽta argenti, dum infantu-
lus esſes, Gabelo, in Rages
ciuitate Medorũ, & chiro-
graphũ ei⁹ apud me habeo:
& ideo perquire, quomodo
ad eũ peruenias, & recipias
ab eo suprà memoratũ põ-
dus argẽti, & reſtituas ei chi
rographũ ſuum. ‡ Noli ti- 22
mere fili mi, pauperẽ quidẽ
vitã gerimus, ſed multa bo-
na habebimꝰ ſi timuerimus
Deum, & receſſerimus ab
omni peccato, & fecerimus
bene. CAP. V.

1 TVnc reſpõdit Tobias pa-
A tri ſuo, & dixit, Omnia
2 quæcunq; præcepiſti mihi
faciã pater. ‡ Quomodo aũt
pecuniã hanc requirã, igno
ro; ille me neſcit, & ego eũ
3 ignoro: quod ſignum dabo
ei? ſed neq; viã, per quã per-
gatur illuc, aliquãdo cogno
4 ui. ‡ Tunc pater ſuus reſpõ-
dit illi, & dixit, Chirogra-
phũ quidẽ illius apud me
habeo: quod dũ illi oſtẽde-
5 ris, ſtatim reſtituet. ‡ Sed
perge nunc, & inquire tibi
aliquẽ fidelẽ virũ, qui eat
tecũ ſalua mercede ſua, dũ
adhuc viuo, vt recipias eã.
‡ Tunc egreſſus Tobias,
inuenit iuuenẽ ſplendidũ,
ſtantẽ, præcinctũ, & quaſi
6 paratũ ad ambulandũ. ‡ Et
B ignorans q̃ angelus Dei eſ-
ſet, ſalutauit eum, & dixit,
Vnde te habemus bone iu-
7 uenis? ‡ At ille reſpõdit, Ex
8 filiis Iſrael. ‡ Et Tobias dixit
ei, Noſti viã quæ ducit in regionẽ Medorũ? 9 ‡ Cui reſpondit, Noui, & omnia itinera eius frequenter

ambulaui, & manſi apud
Gabelũ fratrẽ noſtrum, qui
moratur in Rages ciuitate
Medorũ, quæ poſita eſt in
monte Ecbathanis. ‡ Cui 10
Tobias ait, Suſtine me, ob-
ſecro, donec hæc ipſa nun-
tiem patri meo. ‡ Tunc 11
ingreſſus Tobias, indicauit
vniuerſa hæc patri ſuo. Su-
per quæ admiratus pater,
rogauit vt introiret ad eũ.
‡ Ingreſſus itaque ſaluta- 12
uit eum, & dixit, Gaudium C
tibi ſit ſemper. ‡ Et ait To 13
bias, Quale gaudium mihi
erit, qui in tenebris ſedeo,
& lumen cæli non video?

‡ Cui ait iuuenis, Forti 14
animo eſto, in proximo eſt
vt à Deo cureris. ‡ Dixit 15
itaq; illi Tobias, Nunquid
poteris perducere filium
meum ad Gabelum in Ra-
ges ciuitatem Medorum? & 16
cùm redieris, reſtituam tibi
mercedem tuam. ‡ Et di-
xit ei angelus, Ego ducam
& reducam eum ad te.

‡ Cui Tobias reſpondit, 17
Rogo te, indica mihi de qua
domo aut de qua tribu es
tu? ‡ Cui Raphael angelus 18
dixit, Genus quæris merce-
narij, an ipſum mercenariũ
qui cum filio tuo eat?

‡ Sed ne fortè ſollicitum 19
te reddam, ego ſum Aza-
rias Ananiæ magni filius.

‡ Et Tobias reſpondit, 20
Ex magno genere es tu.

‡ Sed peto ne iraſcaris 21
quòd voluerim cognoſce-
re genus tuum.

‡ Dixit autem illi ange- 22
lus, Ego ſanum ducam &
ſanum tibi reducam filium
tuum. ‡ Reſpondens au- 23
tem Tobias, ait, Bene am-
buletis, & ſit Dñs in itinere
veſtro, & angelus eius comi D
tetur vobiſcũ. ‡ Tũc paratis 24
omnibus quæ erant in via
portanda, fecit Tobias vale
patri ſuo & matri ſuę, & am
bulauerunt ambo ſimul.

‡ καὶ εἶπεν αὐτῷ Τωβίας, ὑπόμει- 10
νόν με, καὶ ἐρῶ τῷ πατρί μου· καὶ εἶπεν
αὐτῷ, πορεύου καὶ μὴ χρονίσῃς.

‡ καὶ εἰσελθὼν εἶπε τῷ πατρί, ἰδοὺ 11
εὕρηκα ὃς συμπορεύσεταί μοι· ὁ δὲ
εἶπε, φώνησόν αὐτὸν πρός με, ἵνα ἐπι-
γνῶ ποίας φυλῆς ἐστι, καὶ εἰ πιστός ἐστι τοῦ
πορευθῆναι μετὰ σοῦ· καὶ ἐκάλεσεν
αὐτόν.

‡ καὶ εἰσῆλθε, καὶ ἠσπάσαντο ἀλ- 12
λήλους.

‡ καὶ εἶπεν αὐτῷ Τωβίτ, ἀδελφὲ 17
ἐκ ποίας φυλῆς καὶ ἐκ ποίας πατριᾶς
σύ εἶ; ὑπόδειξόν μοι.

‡ καὶ εἶπεν αὐτῷ, φυλὴν καὶ πα- 18
τριὰν σὺ ζητεῖς, ἢ μίσθιον ὃς συμπο-
ρεύσεται μετὰ τοῦ υἱοῦ σου; καὶ εἶπεν αὐτῷ
Τωβίτ, βούλομαι ἀδελφὲ ἐπιγνῶ-
ναι τὸ γένος σου καὶ τὸ ὄνομα.

‡ ὁ δὲ εἶπεν, ἐγὼ τὸ γένος αἰζα- 19
ρίου καὶ ἀνανίου τοῦ μεγάλου καὶ ἀδελ-
φοῦ σου.

‡ καὶ εἶπε Τωβίτ, ὑγιαίνων ἔλθοις 20
ἀδελφέ.

‡ καὶ μή μοι ὀργισθῇς, ὅτι ἐζήτη- 21
σα τὴν φυλήν σου καὶ τὴν πατριάν σε
ἐπιγνῶναι· καὶ σὺ τυγχάνεις ἀδελφός
μου ἐκ τῆς καλῆς καὶ ἀγαθῆς γενεᾶς.
ἐπιγινώσκω δὲ Ἀνανίαν καὶ Ἰωναθὰν
τοὺς υἱοὺς Σαμαίου τοῦ μεγάλου· ὡς ἐπο-
ρευόμεθα κοινῶς εἰς Ἱερουσαλὴμ προσ-
κυνεῖν, διαφέροντες τὰ πρωτότοκα καὶ
τὰς δεκάτας τῶν γενημάτων· καὶ οὐκ
ἐπλανήθησαν τῇ πλάνῃ τῶν ἀδελ-
φῶν ἡμῶν· ἐκ ῥίζης μεγάλης εἶ ἀ-
δελφέ· ἀλλὰ εἶπον, τίνα σοι ἔσομαι
μισθὸν δηλόνοτι, δραχμὴν τῆς ἡμέ-
ρας καὶ τὰ δέοντα ὡς καὶ τῷ υἱῷ μου· καὶ
ἔτι προστήσω σοι ἐπὶ τὸν μισθόν, ἐὰν
ὑγιαίνοντες ἐπιστρέψητε· καὶ ἠδόκη-
σαν ὅτως.

‡ καὶ εἶπε πρὸς Τωβίαν, ἕτοιμος 23
γίνου εἰς τὴν ὁδὸν καὶ εὐοδωθείητε.

‡ καὶ ἡτοίμασεν ὁ υἱὸς αὐτοῦ τὰ πρὸς 24
τὴν ὁδόν· καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ πατὴρ αὐ-
τοῦ, πορεύου μετὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου.
ὁ δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ κατοικῶν θεὸς εὐο-
δώσει τὴν ὁδὸν ὑμῶν· καὶ ὁ ἄγγελος τοῦ
θεοῦ συμπορευθήτω ὑμῖν.

‡ *Et dixit ei Tobias; Suſti-* 10
ne me, & dicam patri meo. &
dixit ei, Vade, & ne more-
ris.

‡ *Et ingreſſus dixit patri,* 11
Ecce inueni qui ibit mecum.
ille autem dixit, Voca eum ad
me, vt cognoſcam cuius tri-
bus eſt, & ſi fidelis eſt ad
eundum tecum. & vocauit
eum.

‡ *Et ingreſſus eſt: & ſalu-* 12
tauerunt ſe inuicem.

‡ *Et dixit ei Tobias, Frater,* 17
de qua tribu & de qua fami-
lia tu es? oſtende mihi.

‡ *Et dixit ei, Tribum &* 18
familiam tu requiris, an mer-
cenarium qui eat cum filio tuo?
Et dixit ei Tobias, Volo, fra-
ter, cognoſcere genus tuum &
nomen.

‡ *Ille autem dixit, Ego de* 19
genere Azariæ & Ananiæ
magni & fratris tui.

‡ *Et dixit Tobias, Sanus* 20
veniας frater.

‡ *Et ne mihi iraſcaris, quia* 21
quæſtui tribum tuam & fami
liam tuam cognoſcere. & tu es
frater meus, de honeſta & bo-
na generatione; cognoſco enim
Ananiam & Jonathan filios
Samiæ magni. quoniam iuimus
ſimul in Hieruſalem ad adoran
dum, offerentes primitiua &
decimas fœtuum. & non erra-
uerunt errore fratrum noſtro-
rum. è radice magna es frater.
ſed dic quam tibi ero mercedẽ
daturus, drachmam in die, &
neceſſaria ſicut & filio meo.
& inſuper addam tibi ſupra
mercedem, ſi ſani reuerſi fue-
ritis. & complacuit eis ſic.

‡ *Et dixit ad Tobiam, Pa-* 23
ratus ſis in viam, & proſpe-
remini.

‡ *Et parauit filius eius quæ* 24
ad viã. Et dixit ei pater eius,
Vade cum homine hoc. & in
cælo habitans Deus proſpe-
ret viam veſtram, & an-
gelus Dei eat vobiſcum.

Et exierunt ambo vt proficiscerentur, & canis pueri cum eis: fleuit autem Anna mater eius, & dixit ad Tobiam, Quid misisti puerulũ nostrum? nonne baculus manus nostræ est dum ingreditur ipse, et egre ditur coram nobis?

Argentum argentum vtinam non præcessisset, sed reliquiæ filij nostri fiat.

Sicut enim datum est nobis viuere à Domino, hoc sufficiens nobis est.

Et dixit ei Tobias, Ne curam habeas soror: saluus perueniet, & oculi tui videbunt eum.

Angelus enim bonus ibit cum eo, & prosperabitur via eius, & reuertetur saluus: & cessauit flere.

CAP. VI.

Illi autem euntes viam, venerunt vespere ad Tigrim fluuium, & manserunt ibi.

At puer descendit vt lauaretur. & saltauit piscis de fluuio:

Et voluit deuorare puerum.

At angelus dixit ei, Apprehende piscem.

Et tenuit piscem puer, & proiecit eum in terram.

Et dixit ei Angelus, Incide piscem; & accipiens cor & iecur, & fel, repone securè.

Et fecit puer, sicut dixit ei Angelus: piscem autẽ assantes comederunt, & pergebant ambo quousque appropinquauerunt Ecbatanis.

Et dixit puer Angelo, Azaria frater, quid est cor & iecur & fel piscis?

Et dixit ei, Cor & iecur si aliquem perturbat dæmonium aut spiritus nequam, fac fumigare hæc coram viro aut muliere, & non perturbabitur amplius.

καὶ ἐξῆλθον ἀμφότεροι ἀπελθεῖν, καὶ ὁ κύων τοῦ παιδαρίου μετ' αὐτῶν· ἔκλαυσε δὲ ἄννα ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ εἶπε πρὸς τωβίτ, τί ἐξαπέστειλας τὸ παιδίον ἡμῶν; οὐχὶ ῥάβδος τῆς χειρὸς ἡμῶν ἐστιν ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι αὐτὸν καὶ ἐκπορεύεσθαι ἐνώπιον ἡμῶν;

ἀργύριον τῷ ἀργυρίῳ μὴ φθάσαι, ἀλλὰ περίψημα τοῦ παιδίου ἡμῶν γένοιτο.

ὡς γὰρ δέδοται ἡμῖν ζῆν πρὸς θεοῦ καθὼς ἔχει, τοῦτο ἱκανὸν ἡμῖν ὑπάρχει.

καὶ εἶπεν αὐτῇ τωβίτ, μὴ λόγον ἔχε ἀδελφή· ὑγιαίνων ἐλεύσεται, καὶ οἱ ὀφθαλμοί σου ὄψονται αὐτόν.

ἄγγελος γὰρ ἀγαθὸς συμπορεύσεται αὐτῷ· καὶ διοδωθήσεται ἡ ὁδὸς αὐτοῦ, καὶ ὑποστρέψει ὑγιαίνων· καὶ ἐπαύσατο κλαίουσα.

ε'.

Οἱ δὲ πορευόμενοι τὴν ὁδόν, ἦλθον ἐπὶ τὸν τίγριν ποταμόν· καὶ ηὐλίζοντο ἐκεῖ.

temnit, repentinus ei ſupueniet interi-
2 tus, & eũ ſanitas nõ ſequetur. * In multi-
plicatione iuſtorũ lætabitur vulgus: cùm
impij ſumpſerint principatum, gemet po-
3 pulus. * Vir qui amat ſapientiã, lætificat pa
trẽ ſuũ: qui autẽ nutrit ſcortũ, perdet ſub-
4 ſtantiã. * Rex iuſtus erigit terrã, vir auarus
5 deſtruet eã. * Homo qui blandis fictiſque
ſermonibꝰ loquitur amico ſuo, rete expan
6 dit greſſibus eius. * Peccantẽ virum iniquũ
B inuoluet laqueus, & iuſtus laudabitur at-
7 que gaudebit. * Nouit iuſtus cauſam pau
8 perum, impius ignorat ſcientiam. * Homi-
nes peſtilentes diſsipant ciuitatem, ſapien
tes verò auertunt furorem.

* *Pro viro qui in cauſa cædis ſpondens exul erit, & non in ſecuritate.* 17
* *Qui ambulat iuſtè, adiutus eſt: at peruerſis viis ambulans implicabitur.* 18
* *Qui operatur ſuam terram, replebitur panibus: qui autem ſectatur otium, replebitur egeſtate.* 19
* *Vir fidelis multum benedicetur, at malus non impunitus erit.* 20
* *Qui non reueretur facies iuſtorum, non bonus: talis buccella panis vendet virum.* 21
* *Feſtinat ditari vir inuidus, & non ſcit quòd miſericors dominabitur eius.* 22
* *Qui corripit hominis vias, gratias habebit magis quàm qui lingua blanditur.* 23
* *Qui violat patrem aut matrem, & videtur non peccare, hic particeps eſt viri impij.* 24
* *Inſatiabilis vir iudicabit temere: qui autem confidit in Domino, in cura erit.* 25
* *Qui confidit in audaci corde, talis ſtultus: qui autem ambulat in ſapientia, ſaluabitur.* 26
* *Qui dat mendico, ſine indigentia erit: qui autem auertit oculũ ſuum, in multa egeſtate erit.* 27
* *In locis impiorum gemunt iuſti; in autem illorum perditione multiplicabuntur iuſti.* 29

CAP. XXIX.

Melior vir corripiens viro duræ ceruicis: repentè enim combuſto eo non eſt ſanitas. 1
* *Cùm laudantur iuſti, lætabuntur populi: imperantibus autem impiis gemunt viri.* 2
* *Viri qui amat ſapientiam, lætatur pater: qui autem paſcit ſcorta, perdet diuitias.* 3
* *Rex iuſtus erigit regionem, vir autem iniquus defodit.* 4
* *Qui præparatur ad vultum ſui amici, rete circumiaciet ei ſuis pedibus.* 5
* *Peccanti viro magnus laqueus, iuſtus autem in gaudio & in lætitia erit.* 6
* *Nouit iuſtus iudicare pauperibus: at impius non intelliget iudicium, & pauperi non ineſt mens cognoſcens.* 7
* *Viri peſtilentes exuſſerunt ciuitatem, ſapientes autem auerterunt iram.* 8

17 * ἄνδρα τὸν ἐν αἰτίᾳ φόνου ὁ ἐγγυώμενος φυγὰς ἔσται καὶ
18 οὐκ ἐν ἀσφαλείᾳ. * ὁ πορευόμενος δικαίως βεβοήθη-
ται, ὁ δὲ σκολιαῖς ὁδοῖς πορευόμενος ἐμπλακήσεται.
19 * ὁ ἐργαζόμενος τὴν ἑαυτοῦ γῆν πλησθήσεται ἄρ-
των· ὁ δὲ διώκων σχολὴν πλησθήσεται πενίας.
20 * ἀνὴρ ἀξιόπιστος πολλὰ εὐλογηθήσεται. ὁ δὲ κακὸς
οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται.
21 * ὃς οὐκ αἰσχύνεται πρόσωπα δικαίων, οὐκ ἀγαθός· ὁ
τοιοῦτος ψωμοῦ ἄρτου ἀποδώσεται ἄνδρα.
22 * σπεύδει πλουτεῖν ἀνὴρ βάσκανος, καὶ οὐκ οἶδεν ὅτι ἐ-
23 λεήμων κρατήσει αὐτοῦ. * ὁ ἐλέγχων ἀνθρώπου ὁδοὺς,
χάριτας ἕξει μᾶλλον τοῦ γλωσσοχαριτοῦντος.
24 * ὃς ἀποβιάζεται πατέρα ἢ μητέρα καὶ δοκεῖ μὴ ἁ-
μαρτάνειν, οὗτος κοινωνός ἐστιν ἀνδρὸς ἀσεβοῦς.
25 * ἄπληστος ἀνὴρ κρινεῖ εἰκῇ· ὃς δὲ πέποιθεν ἐπὶ κύ-
ριον ἐν ἐπιμελείᾳ ἔσται.
26 * ὃς πέποιθε θρασείᾳ καρδίᾳ ὁ τοιοῦτος ἄφρων, ὃς δὲ
πορεύεται σοφίᾳ σωθήσεται.
27 * ὁ διδοὺς πτωχῷ, ἀνενδεὴς ἔσται. ὃς δὲ ἀποστρέφει τὸν ὀφ-
θαλμὸν αὐτοῦ ἐν πολλῇ ἀπορίᾳ ἔσται.
28 * ἐν τόποις ἀσεβῶν στένουσι δίκαιοι, ἐν δὲ τῇ ἐκείνων ἀ-
πωλείᾳ πληθυνθήσονται δίκαιοι.

κθ´

1 * Κρείσσων ἀνὴρ ἐλέγχων ἀνδρὸς σκληροτραχήλου,
ἐξαπίνης γὰρ φλεγομένου αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἴασις.
2 * ἐγκωμιαζομένων δικαίων εὐφρανθήσονται λαοί, ἀρ-
χόντων δὲ ἀσεβῶν στένουσιν ἄνδρες.
3 * ἀνδρὸς φιλοῦντος σοφίαν εὐφραίνεται ὁ πατήρ· ὃς δὲ
ποιμαίνει πόρνας ἀπολεῖ πλοῦτον·
4 * βασιλεὺς δίκαιος ἀνίστησι χώραν, ἀνὴρ δὲ παράνο-
μος κατασκάπτει.
5 * ὃς παρασκευάζεται ἐπὶ πρόσωπον τοῦ ἑαυτοῦ φίλου,
δίκτυον περιβαλεῖ αὐτοῦ τοῖς ἑαυτοῦ ποσίν.
6 * ἁμαρτάνοντι ἀνδρὶ μεγάλη παγίς, δίκαιος δὲ ἐν
7 χαρᾷ καὶ ἐν εὐφροσύνῃ ἔσται. * ἐπίσταται δίκαιος κρί-
νειν πενιχροῖς· ὁ δὲ ἀσεβὴς οὐ συνήσει δίκην, καὶ πτωχῷ οὐχ
ὑπάρχει νοῦς ἐπιγνώμων.
8 * ἄνδρες λοιμοὶ ἐξέκαυσαν πόλιν, σοφοὶ δὲ ἀπέ-
στρεψαν ὀργήν.

תרגום

17 בר נשא דחשיש בדמא דנפשא עד גבא נערק לא נצורוניה: 18 דמהלך בתמימותא נתפרק ודמעקמן ארחתיה נפל בחדא:
19 דפלח בארעיה נסבע לחמא ודרדף סריקותא נסבע מסכנותא: 20 גברא מהימנא סגיען ברכתיה ודרהט בעולה דנעתר לא מזדכי:
21 מסב באפי לא טב ועל פתתא דלחמא נחוב גברא: 22 דמסתרהב למולא גברא דביש עיניה ולא ידע דחסרנא אתי עלוי:
23 דמכס לבר נשא קדמוי חסדא נשכח טב מן הו דמפלג בלשן: 24 דגזל לאבוי ולאמיה ואמר לית חובא חברא הוא לגברא מחבלנא:
25 גברא רחב מגרג תגרי ודמסבר באלהא נדהן: 26 דתכל על לביה סכלא הוא ודמהלך בחכימותא נתחמי מן ביש:
27 דיהב למסכנא לא נחסר ליה ודמחמי עיניה מן מסכנא סגיעין לוטתיה: 28 בקומא דרשיעי מתטשי בר נשא ובאבדיהון נסגון צדיקי:

כט

1 גברא דלא מקבל מכסנותא ומקשי קדליה בעגלא נתחבר ולא תהוי ליה אסו:
2 בסגעא דצדיקי חדי עמא ובשלטנא דרשיעי נתאנח עמא: 3 גברא דרחם חכמתא נחדי אבוי ודמתחבר בזניותא סובר ממוליה:
4 מלכא בדינא נוקים ארעא וגברא עולא עקר לה: 5 גברא דמתפלג על חבריה מצידתא פרים על הלכתיה:
6 גברא בישא בחוביה מתציד וצדיקא דייץ וחדי: 7 ידע צדיקא דינהון דמסכני ורשיעי לא מתבינין ידיעתא:
8 גברא ממקני ממללין כדבא וחכימי מהפכין רגזא:

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

17 Filius hominis qui ſolicitus eſt de ſanguine animæ, ſi vſque ad lacum fugerit, non cõprehendent eum. 18 Qui ambulat in ſimplicitate, ſaluus erit: & cuius peruerſæ ſunt viæ, corruet ſemel. 19 Qui operatur ſuam terram, ſatiabitur pane: & qui ſectatur otium, ſatiabitur paupertate. 20 Viri fidelis multæ ſunt benedictiones; & qui cucurrerit in iniquitate vt ditetur, nõ erit innocens. 21 Accipere faciem non eſt bonum, & pro buccella panis peccabit vir. 22 Qui feſtinat ad *acquirendam* ſubſtantiam, vir eſt oculi nequam, & neſcit quòd egeſtas veniat ſuper eum. 23 Qui corripit filium hominis coram eo, gratiam bonam inueniet magis quàm ille qui bifidus eſt lingua. 24 Qui deprædatur patrem ſuum & matrem ſuam, & dicit quòd non eſt peccatum, ſocius eſt viri diſſipantis. 25 Vir arrogans concitat iurgia: & qui ſperat in Deo, impinguabitur. 26 Qui confidit in corde ſuo, ſtultus eſt; & qui ambulat in ſapientia, protegetur à malo. 27 Qui dat pauperi, non indigebit: & qui prohibet oculum ſuum à paupere, multæ erunt maledictiones eius. 28 Cùm conſurgunt impij, abſconditur homo: & cùm pereunt, multiplicantur iuſti.

CAP. XXIX.

VIr qui non recipit correptionem, & indurat ceruicem ſuam, citò conteretur, & non erit ei medicina. 2 In multitudine iuſtorum, lætatur populus; & in dominio impiorum gemet populus. 3 Vir qui amat ſapientiam, lætificabit patrem ſuum: & qui adhæret meretrici, perdet ſubſtantiam ſuam. 4 Rex in iudicio ſtabilit terram, & vir iniquus diſſipat eam. 5 Vir qui diuiditur à ſocio ſuo, rete expandit greſſibus eius. 6 Vir malus in peccato ſuo capitur, & iuſtus exultat & gaudet. 7 Nouit iuſtus iudicium pauperum, impij autem non intelligunt ſcientiam. 8 Viri deriſores loquuntur mendacium, & ſapientes auertunt furorem.

9 * אִישׁ־חָכָם נִשְׁפָּט אֶת־אִישׁ אֱוִיל וְרָגַז וְשָׂחַק וְאֵין נָחַת׃
10 * אַנְשֵׁי דָמִים יִשְׂנְאוּ־תָם וְיֹשְׁרִים יְבַקְשׁוּ נַפְשׁוֹ׃
11 * כָּל־רוּחוֹ יוֹצִיא כְסִיל וְחָכָם בְּאָחוֹר יְשֹׁבְּחֶנָּה׃
12 * מֹשֵׁל מַקְשִׁיב עַל־דָּבָר כָּל־מְשָׁרְתָיו רְשָׁעִים׃
13 * רָשׁ וְאִישׁ תְּכָכִים נִפְגָּשׁוּ מֵאִיר עֵינֵי שְׁנֵיהֶם יְהוָה׃
14 * מֶלֶךְ שׁוֹפֵט בֶּאֱמֶת דַּלִּים כִּסְאוֹ לָעַד יָכוֹן׃
15 * שֵׁבֶט וְתוֹכַחַת יִתֵּן חָכְמָה וְנַעַר מְשֻׁלָּח מֵבִישׁ אִמּוֹ׃
16 * בִּרְבוֹת רְשָׁעִים יִרְבֶּה־פָּשַׁע וְצַדִּיקִים בְּמַפַּלְתָּם יִרְאוּ׃
17 * יַסֵּר בִּנְךָ וְינִיחֲךָ וְיִתֵּן מַעֲדַנֵּי לְנַפְשֶׁךָ׃
18 * בְּאֵין חָזוֹן יִפָּרַע עָם וְשֹׁמֵר תּוֹרָה אַשְׁרֵהוּ׃
19 * בִּדְבָרִים לֹא־יִוָּסֵר עֶבֶד כִּי־יָבִין וְאֵין מַעֲנֶה׃
20 * חָזִיתָ אִישׁ אָץ בִּדְבָרָיו תִּקְוַת־לְכְסִיל מִמֶּנּוּ׃
21 * מְפַנֵּק מִנַּעַר עַבְדּוֹ וְאַחֲרִיתוֹ יִהְיֶה מָנוֹן׃
22 * אִישׁ־אַף יְגָרֶה מָדוֹן וּבַעַל חֵמָה רַב־פָּשַׁע׃
23 * גַּאֲוַת אָדָם תַּשְׁפִּילֶנּוּ וּשְׁפַל־רוּחַ יִתְמָךְ כָּבוֹד׃
24 * חוֹלֵק עִם־גַּנָּב שׂוֹנֵא נַפְשׁוֹ אָלָה־תִּשְׁמַע וְלֹא יַגִּיד׃
25 * חֶרְדַּת אָדָם יִתֵּן מוֹקֵשׁ וּבוֹטֵחַ בַּיהוָה יְשֻׂגָּב׃
26 * רַבִּים מְבַקְשִׁים פְּנֵי־מוֹשֵׁל וּמֵיְהוָה מִשְׁפַּט־אִישׁ׃
27 * תּוֹעֲבַת צַדִּיקִים אִישׁ עָוֶל וְתוֹעֲבַת רָשָׁע יָשַׁר־דָּרֶךְ׃

9 * Vir sapiens si cum stulto contenderit, siue irascitur, siue rideat, non inueniet re-
10 quiē. * Viri sanguinū oderunt simplicē, iusti autem quærunt animam eius.
11 * Totum spiritum suum profert stultus; sapiens differt & reseruat in posterum.
12 * Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios.
13 * Pauper & creditor obuiauerunt sibi: vtriusque illuminator est Dominus.
14 * Rex qui iudicat in veritate pauperes, Cthronus eius in æternum firmabitur.
15 * Virga atque correctio tribuit sapientiam: puer autem qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam.
16 * In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, & iusti ruinas eorū videbunt.
17 * Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delitias animæ tuæ.
18 * Cùm prophetia defecerit, dissipabitur populus: qui verò custodit legē, beatus
19 est. * Seruus verbis nō potest erudiri; quia D quod dicis intelligit, & respondere contē-
20 nit. * Vidisti hominē velocē ad loquendum, stultitia magis speranda est quàm illius correctio.
21 * Qui delicatè à pueritia sua nutrit seruum suū, postea sentiet eum contumacē.
22 * Vir iracundus prouocat rixas, & qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandū
23 procliuior. * Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria.
24 * Qui cum fure participat, odit animā Heb. suam: adiurantem audit & non indicat.
25 * Qui timet hominem, citò corruet: qui sperat in Domino, subleuabitur.
26 * Multi requirunt faciem principis, & iudicium à Domino egreditur singulorū.
27 * Abominantur iusti virū impiū, & abominantur impij eos qui in recta sunt via.

9 * Vir sapiens iudicat gentes, vir autem malus iratus deridetur, & non terret.
10 * Viri sanguinū participantes odio habebunt sanctum, at recti exquirent animam eius.
11 * Totum animum suum profert stultus, sapiens autem reseruat per partem.
12 * Rege audiente sermonem iniustum, omnes subditi iniqui.
13 * Fœneratore & debitore ad inuicē conuenientibus, inspectionem facit vtriusque Dominus.
14 * Regis in veritate iudicātis pauperes, thronus eius in testimonium constituetur.
15 * Plagæ & correptiones dant sapientiam: puer autem qui errat, confundit parentes suos.
16 * Multis existentibus impijs multa sunt peccata: at iusti illis cadentibus trepidi fiunt.
17 * Erudi filium tuum & requiem dabit tibi, & dabit ornatum animæ tuæ.
18 * Non erit enarrator genti iniquæ: at qui custodit legem, beatus.
19 * Sermonibus non erudietur seruus durus; licèt enim & intelligat, non obediet.
20 * Si videris virum velocem in sermonibus, cognosce quòd spem habet magis stultus eo.
21 * Qui delitiatur à puero, seruus erit; nouissimè autem dolebit super se.
22 * Vir furiosus effodit contentionem, vir autem iracundus effodit peccata.
23 * Iniuria virum humiliat, at humiles spiritu firmat gloria Dominus.
24 * Qui participat cum fure, odit suam animam: si autem iuramentum propositum audientes non renunciauerint, qui timent & qui reuerentur homines, supplantabuntur: at confidens in Domino lætabitur.
25 * Impietas viro dat errorem, at confidens in Domino saluabitur.
26 * Multi colunt facies ducum, ab autem Domino est iustitia viro.
27 * Abominatio iustus vir viro iniusto, abominatio autem iniquo dirigens via.

9 * ἀνὴρ σοφὸς κρίνει ἔθνη, ἀνὴρ δὲ φαῦλος ὀργιζόμενος καταγελᾶται καὶ οὐ καταπήσει.
10 * φόνιοι αἱμάτων μέτοχοι μισήσουσιν ὅσιον, οἱ δὲ δικαίοις ἐκζητήσουσι ψυχὴν αὐτοῦ.
11 * ὅλον τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἐκφέρει ὁ ἄφρων, σοφὸς δὲ ταμιεύεται κατὰ μέρος.
12 * βασιλέως ὑπακούοντος λόγον ἄδικον, πάντες οἱ ὑπ' αὐτὸν ἄνομοι.
13 * δανιστοῦ δὲ χρεωφειλέτου ἀλλήλοις συμπλεκόντων, ἐπισκοπὴν ποιεῖται ἀμφοτέρων ὁ κύριος.
14 * βασιλέως ἐν ἀληθείᾳ κρίνοντος πτωχοὺς ὁ θρόνος αὐτοῦ εἰς μαρτύριον καταστηθήσεται.
15 * πληγαὶ καὶ ἔλεγχοι διδόασι σοφίαν, παῖς δὲ πλανώμενος αἰσχύνει γονεῖς αὐτοῦ.
16 * πολλῶν ὄντων ἀσεβῶν πολλαὶ γίνονται ἁμαρτίαι, οἱ δὲ δίκαιοι ἐπείνων πιπόντων κατάφοροι γίνονται.
17 * παίδευε υἱόν σου καὶ διαπαύσει σε, καὶ δώσει κόσμον τῇ ψυχῇ σου.
18 * ἐὰν μὴ ὑπαρξει ἐξηγητὴς ἔθνει ἀδικῳ, ὁ δὲ φυλάσσων τὸν νόμον μακάριος.
19 * λόγοις οὐ παιδευθήσεται οἰκέτης σκληρός, ἐὰν γὰρ καὶ νοήσῃ οὐχ ὑπακούσεται.
20 * ἐὰν ἴδῃς ἄνδρα ταχὺν ἐν λόγοις, γίνωσκε ὅτι ἐλπίδα ἔχει μᾶλλον ἄφρων αὐτοῦ.
21 * ὃς καταπαλαίει παιδὸς οἰκέτης ἔσται, ἔσχατον δὲ ὀδυνηθήσεται ἐφ' ἑαυτῷ.
22 * ἀνὴρ θυμώδης ὀρύσσει νεῖκος, ἀνὴρ δὲ ὀργίλος ἐξώρυξεν ἁμαρτίας.
23 * ὕβρεις ἀνδρὸς ταπεινοῖ, οὗ δὲ ταπεινόφρονας ἐρείδει δόξη κύριος.
24 * ὃς μερίζεται κλέπτῃ μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· ἐὰν ὀμόσῃ ἀναγκασθέντες ἀκούσαντες μὴ διαγγείλωσι. φοβηθέντες καὶ αἰσχυνθέντες ἀνθρώπους ὑποσκελισθήσονται· ὁ δὲ πεποιθὼς ἐπὶ κύριον δοξασθήσεται.
25 * ἀσέβεια ἀνδρὶ διδόασι σφάλμα, ὁ δὲ πεποιθὼς ἐπὶ τῇ δεσπότῃ σωθήσεται.
26 * πολλοὶ θεραπεύουσι πρόσωπα ἡγεμόνων, παρὰ δὲ κυρίου γίνεται τὸ δίκαιον ἀνδρί.
27 * βδέλυγμα δικαίῳ ἀνὴρ ἀνδρὶ ἀδίκῳ, βδέλυγμα δὲ ἀνόμῳ κατευθύνουσα ὁδός.

תרגום

9 גְּבַר חַכִּים עִם־גְּבַר שְׁטָיָא וְרָגֵז וְאִחוֹךְ וְלָא מִתְקַבַּר׃
10 גְּבָרִין דְּאַשְׁדִּין דְּמָא סָנְיָן תְּמִימֵיתָא וְקָרִיבֵי בְּעַיָן לַהּ׃
11 כֻּלָּא חֲמָתֵהּ מַפֵּק סָכְלָא וְחַכִּימָא בְּרַעֲוָתָא מְשַׁכֵּךְ׃
12 מְקַבְּלָא וְגַבְרָא מַצְעָיָא פְּגִיעוּ חַד בְּחַד וַאלָהָא מַנְהִיר עֵינוּי דְּתַרְוֵיהוֹן׃
13 שְׁבָטָא וּסְכָכְוָתָא יְהַבִּין חָכְמְתָא וְטָלְיָא דְּלָא מְקַבֵּל בְּעֲתָא מְבָהֵת אִמֵּהּ׃
14 דְּדִי בְּבָרְךָ וְיַנְיְחָךְ וְיִתֵּן תַּפְנוּקֵי לְנַפְשָׁךְ׃
15 בְּסִבְלָא לָא־מִתְחָרַע עַבְדָּא דְּיַדַּע נִיר וְלָא בְלָעַ׃
16 מְחַפְּנֵק מִן־טַלְיוּתֵהּ לְעַבְדָּא נְהֵוֵי וּבְאַחֲרִיתֵהּ יְהֵי מְנַטַּח׃
17 גְּבָרָא רְגָזָא מְגָרֵי תִּגְרֵי וְגַבְרָא חֲמָתָנָא סַגֵּיעִין חוֹבוֹי׃
18 רְמוּתָא דְּבַר־נָשָׁא תַּשְׁפִּלוּי וּמִן דְּמִכְיָא רוּחָה נְפַלֵּג יְקָרָא׃
19 שְׁלוּפָא דְּבַר־נָשָׁא עָבְרָא לָהּ תִּקּוֹלְתָא וְדִמְסַבַּר בְּאֱלָהָא נֶעְשֶׁן׃
20 סַגִּיעִין דְּבָעַיִן אַפֵּי רְשַׁלִּיטָא וּמִן קֳדָם אֱלָהָא דִּינָה דְּגַבְרָא׃
21 מְרַחֲקָתָא דְּצַדִּיקָא עַוְלָא וּמְרַחֲקָתָא דְּרָשִׁיעֵי גַּבְרָא דִּתְרִיצֵי אָרְחָתָה׃

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

9 Vir sapiens contendens cum viro stulto, siue irascatur siue rideat, non conteritur.
10 Viri qui effundunt sanguinem, oderunt simplicitatem: recti autem quærunt eam.
11 Omnem furorem suum profert stultus, & sapiens in prudentia reprimit.
12 Princeps qui auscultat verba mendacij, omnes ministri eius sunt impij.
13 Pauper & mediocris fortunæ homo obuiauerunt sibi inuicem, & Deus illuminat oculos amborum.
14 Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum dirigetur.
15 Virga & correptio præbent sapientiam, & puer qui non recipit correptionem, confundit matrem suam.
16 In multitudine impiorum peccatum multiplicatur, & iusti videbunt ruinas eorum.
17 Erudi filium tuum, & requiescere te facier, & dabit delitias animæ tuæ.
18 In multitudine iniquorum dissipatur populus: & qui custodit legem, beatus est.
19 Verbis non eruditur seruus qui cognouit iugum, nec patitur.
20 Si vidisti virum velocem in verbis suis, melior est spes de stulto quàm de illo.
21 Qui deliciis indulget à pueritia sua, seruus euadet: & ad extremum euertetur.
22 Vir itacundus concitat rixam, & viri furiosi multa sunt peccata.
23 Elatio filij hominis humiliat eum: & qui sitmmissus est spiritu, diuidit gloriam.
24 Qui diuidit cum fure, odit animam suam: iusiurandum defertur ei, & non confitebitur.
25 Calumnia filij hominis accersit ei offendiculum: & qui sperat in Deo, roborabitur.
26 Multi sunt qui quærunt faciem principis, & à facie Dei iudicium viri.
27 Abominatio iustorum est vir iniquus, & abominatio impiorum est vir cuius viæ sunt rectæ.

ל

1 דברי אגור בן יקה המשא נאם הגבר לאיתיאל לאיתיאל ואכל׃
2 * כי בער אנכי מאיש ולא בינת אדם לי׃
3 * ולא למדתי חכמה ודעת קדשים אדע׃
4 * מי עלה שמים וירד מי אסף רוח בחפניו מי צרר מים בשמלה מי הקים כל אפסי ארץ מה שמו ומה שם בנו כי תדע׃
5 * כל אמרת אלוה צרופה מגן הוא לחסים בו׃
6 * אל תוסף על דבריו פן יוכיח בך ונכזבת׃
7 * שתים שאלתי מאתך אל תמנע ממני בטרם אמות׃
8 * שוא ודבר כזב הרחק ממני ראש ועשר אל תתן לי הטריפני לחם חקי׃
9 * פן אשבע וכחשתי ואמרתי מי יהוה ופן אורש וגנבתי ותפשתי שם אלהי׃
10 * אל תלשן עבד אל אדנו פן יקללך ואשמת׃
11 * דור אביו יקלל ואת אמו לא יברך׃
12 * דור טהור בעיניו ומצאתו לא רחץ׃
13 * דור מה רמו עיניו ועפעפיו ינשאו׃
14 * דור חרבות שניו ומאכלות מתלעתיו לאכל עניים מארץ ואביונים מאדם׃
15 * לעלוקה שתי בנות הב הב שלוש הנה לא תשבענה ארבע לא אמרו הון׃
16 * שאול ועצר רחם ארץ לא שבעה מים ואש לא אמרה הון׃
17 * עין תלעג לאב ותבוז ליקהת אם יקרוה ערבי נחל ויאכלוה בני נשר׃
18 * שלשה המה נפלאו ממני וארבעה לא ידעתים׃
19 * דרך הנשר בשמים דרך נחש עלי צור דרך אניה בלב ים ודרך גבר בעלמה׃
20 * כן דרך אשה מנאפת אכלה ומחתה פיה ואמרה לא פעלתי און׃
21 * תחת שלוש רגזה ארץ ותחת ארבע לא תוכל שאת׃

CAP. XXX.

1 VErba congregantis filij vomẽtis. Visio
A quã locutus est vir cũ quo est Deus, &
qui Deo secum morante confortatus ait:
2 * Stultissimus sum virorũ, & sapientia
3 hominũ non est mecũ. * Non didici sapien
4 tiam, & noui scientiam sanctorũ. * Quis
ascendit in cælũ atque descendit? quis con
tinuit spiritũ in manibus suis? quis colli-
gauit aquas quasi in vestimẽto? quis susci-
tauit omnes terminos terræ? quod nomen
est eius, & quod nomen filij eius, si nosti.
5 * Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est Psal. 118 Apoc. 22 d.
6 omnibus sperãtibus in se. * Ne addas quic-
quã verbis illius, & arguaris inueniarisq;
7 mẽdax. * Duo rogaui te, ne deneges mihi
8 antequã moriar. * Vanitatẽ & verba men-
dacij longè fac à me. Mendicitatẽ & diui-
B tias ne dederis mihi. Tribue tantùm victui
9 meo necessaria. * Ne fortè satiatus illiciar
ad negandũ, & dicã: Quis est Dñs? aut ege
state compulsus furer, & periurem nomen
10 Dei mei. * Ne accuses seruũ ad dñm suũ, ne
11 fortè maledicat tibi, & corruas. * Genera-
tio quæ patri suo maledicit, & quæ matri
12 suæ nõ benedicit. * Generatio quę sibi mũ-
da videtur, & tamẽ nõ est lota à sordibus
13 suis. * Generatio cuius excelsi sunt oculi, &
14 palpebræ eius in alta surrectæ. * Generatio
quæ pro dentib⁹ gladios habet, & cõmandit
molarib⁹ suis vt comedat inopes de terra,
15 & paupes ex hominibus. * Sanguisugæ duę
sunt filiæ, dicẽtes, Affer, affer. Tria sunt in-
C saturabilia, & quartũ quod nunquã dicit,
16 Sufficit. * Infern⁹, & os vuluæ, & terra quæ
nõ satiatur aqua, ignis verò nunquã dicit,
17 Sufficit. * Oculũ qui subsãnat patrẽ, & qui Sup. 19
despicit partũ matris suæ, suffodiant eum
corui de torrẽtib⁹, & comedãt cũ filij aqui
18 læ. * Tria sunt difficilia mihi, & quartũ pe-
19 nitus ignoro. * Viã aquilæ in cælo, viã co-
lubri super petrã, viã nauis in medio mari,
20 & viam viri in adolescẽtia. * Talis est & via
mulieris adulteræ, quę comedẽs & tergens
os suum dicit: Non sum operata malum. 21 * Per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere.

CAP. XXX.

HAec dicit vir credentibus Deo, & quiesco. 1
* Stultissimus enim sum omnium hominũ: 2
& prudentia hominis non est in me. * Deus do- 3
cuit me sapientiam, & cognitionem sanctorum
cognoui. * Quis ascendit in cælum & descen- 4
dit? quis congregauit ventos in sinu? Quis con-
uertit aquam in veste? quis dominatus est om-
nium summitatum terræ? quod nomen ei? aut
quod nomen filiis eius? vt cognoscas. * Prote- 5
git autẽ ipse eos qui reuerentur eum. * Ne ad- 6
das sermonibus eius, ne redarguat te, & men-
dax fias. * Duo peto à te, ne tollas à me gratiam 7
antequam moriar ego. * Inanem sermonẽ & 8
mendacem longè à me fac: diuitias autẽ & pau
pertatẽ ne mihi dederis. Constitue autẽ mihi ne-
cessaria & sufficientia. * Ne repletus mendax 9
fiam, & dicam, Quis me videt? aut pauper fa-
ctus furer, & iurem nomẽ Dei. * Ne tradideris 10
seruum in manus Domini, ne fortè maledicat ti-
bi, & delearis. * Filius malus patri maledicit, 11
at matri non benedicit. * Filius malus iustum 12
se iudicat, at exitum eius non lauit. * Filius 13
malus excelsos oculos habet, at palpebris suis
extollitur. * Filius malus gladios dentes ha- 14
bet, & molares forcipes, vt consumat imbecil-
les à terra, & pauperes eorum ex hominibus.
* Sanguisugæ tres filiæ fuerunt dilectione di- 15
lectæ, & tres istæ non repleuerunt eã, & quar-
ta non contenta est dicere, Satis.
* Infernus & amor mulieris, & terra non 16
repleta aqua: & aqua & ignis nõ dicent, Suf-
ficit. * Oculum qui deridet patrem, & qui 17
inhonorat senectutem matris, eruant eum corui
de conuallibus, & comedant eum pulli aquila-
rum. * Tria autẽ sunt impossibilia mihi intel- 18
ligere, & quartum non cognosco.
* Vestigia aquilæ volantis, & vias colubri 19
super petram, & semitas nauis nauigantis, &
vias viri in adolescentia.
* Talis via mulieris adulteræ, quæ cùm fe- 20
cerit lota, nihil dicit fecisse absurdum.
* Per tria mouetur terra, at quartum non 21
potest ferre.

λ

1 * Τάδε λέγει ὁ ἀνὴρ τοῖς πιστεύουσι θεῷ καὶ παύομαι.
2 * ἀφρονέστατος γάρ εἰμι πάντων ἀνθρώπων· καὶ φρό-
3 νησις ἀνθρώπου οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοί. * ὁ θεὸς δεδίδαχέ με σο-
4 φίαν καὶ γνῶσιν ἁγίων ἔγνωκα. * τίς ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ
κατέβη; τίς συνήγαγεν ἀνέμους ἐν κόλπῳ; τίς συνέστρεψεν
ὕδωρ ἐν ἱματίῳ; τίς ἐκράτησε πάντων τῶν ἄκρων τῆς γῆς;
τί ὄνομα αὐτῷ; ἢ τί ὄνομα τοῖς τέκνοις αὐτοῦ; ἵνα γνῷς.
5 * ὑπερασπίζει δὲ αὐτὸς τῶν εὐλαβουμένων αὐτόν.
6 * μὴ προσθῇς τοῖς λόγοις αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἐλέγξῃ σε, καὶ
7 ψευδὴς γένῃ. * δύο αἰτοῦμαι παρὰ σοῦ, μὴ ἀφέλῃς
8 μου χάριν πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν με. * μάταιον λόγον καὶ
ψευδῆ μακράν μου ποίησον, πλοῦτον δὲ καὶ πενίαν μή μοι
δῷς. σύνταξον δέ μοι τὰ δέοντα καὶ τὰ αὐτάρκη.
9 * ἵνα μὴ πλησθεὶς ψευδὴς γένωμαι, καὶ εἴπω· τίς με ὁ-
ρᾷ; ἢ πενωθεὶς κλέψω, καὶ ὀμόσω τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ.
10 * μὴ παραδῷς δοῦλον εἰς χεῖρας δεσπότου, μή ποτε
11 καταράσηταί σε καὶ ἀφανισθῇς. * ἔκγονον κακὸν πατέρα
12 καταρᾶται, τὴν δὲ μητέρα οὐκ εὐλογεῖ. * ἔκγονον κα-
κὸν δίκαιον ἑαυτὸν κρίνει, τὴν δὲ ἔξοδον αὐτοῦ οὐκ ἀπένιψεν.
13 * ἔκγονον κακὸν ὑψηλοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχει, τοῖς δὲ βλε-
14 φάροις αὐτοῦ ἐπαίρεται. * ἔκγονον κακὸν μαχαίρας ὀδόν-
τας ἔχει, καὶ τὰς μύλας τομίδας, ὥστε ἀναλίσκειν τοὺς ἀ-
σθενεῖς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ τοὺς πένητας αὐτῶν ἐξ ἀνθρώπων.
15 * τῇ βδέλλῃ τρεῖς θυγατέρες ἦσαν ἀγαπήσει ἀγαπώ-
μεναι, αἱ τρεῖς αὗται οὐκ ἐνεπίμπλασαν αὐτήν, καὶ ἡ
τετάρτη οὐκ ἠρκέσθη εἰπεῖν, ἱκανόν.
16 * ᾅδης, καὶ ἔρως γυναικός, καὶ γῆ οὐκ ἐμπιπλαμένη
ὕδατος, καὶ ὕδωρ καὶ πῦρ οὐ μὴ εἴπωσιν ἀρκεῖ.
17 * ὀφθαλμὸν καταγελῶντα πατρός, καὶ ἀτιμάζοντα
γῆρας μητρός, ἐκκόψαισαν αὐτὸν κόρακες ἐκ τῶν φα-
ράγγων, καὶ καταφάγοισαν αὐτὸν νεοσσοὶ ἀετῶν.
18 * τρία δέ ἐστιν ἀδύνατά μοι νοῆσαι, καὶ τὸ τέταρτον
19 οὐκ ἐπιγινώσκω. * ἴχνη ἀετοῦ πετομένου, καὶ ὁδοὺς ὄ-
φεως ἐπὶ πέτρας, καὶ τρίβους νεὼς ποντοπορούσης· καὶ ὁδοὺς
20 ἀνδρὸς ἐν νεότητι. * τοιαύτη ὁδὸς γυναικὸς μοιχαλί-
δος, ἣ ὅταν πράξῃ ἀπονιψαμένη οὐδέν φησι πεπραχέ-
21 ναι ἄτοπον. * διὰ τριῶν σείεται ἡ γῆ, τὸ δὲ τέταρτον οὐ
δύναται φέρειν.

תרגום

ל

1 מלוי דאגור בר יקה דקבל נביותא ואמר גברא לאיתיאל לאיתיאל ואוכל׃
2 מטול דבורא דבני נשא אנא ולא אית בי ביונא דבני נשא׃ 3 ולא ילפת חכמתא ולא ידעת ידיעתא דקדישי׃ 4 מן סלק לשמיא ונחת ומן אחד רוחא בחפנוי ומן צר מיא בשושיפא ומן אקים ברייתא דארעא מן שמה ומן שם ברה אן ידעת׃
5 כלהון מימרוי דאלהא צריפן ומסיע לאילין דמתרחצין בה׃ 6 לא תיוסף על מלוי דלמא יכסנך ותתכדב׃ 7 תרתין שאלת מנך לא תכלי מני עד לא אמות׃
8 רגלתא ומלתא כדבותא ארחק מני מסכנותא ועתרא לא תתן לי זוני לחמא מסתי׃
9 דלא אשבע ואכפר ואימר מנו אלהא ודלא אתמסכן ואגנב ואחלל שמה דאלהא׃ 10 לא תלשין עבדא למריה דלא נצעריך ותתחייב׃
11 דרא דאבוהי נצער ולאמה לא נברך׃ 12 דרא דדכי בעינוי ומצאתה לא אשתזג׃ 13 דרא דרמו עינוי וגביניה מנטלין׃
14 דרא דספסרי אנון שנוי וחרפי אנון ככוי למיכל מסכני מארעא ולעליבי מן בני נשא׃ 15 לעלוקא תרתין בנן מתבהבן תלת אנון דלא שבען וארבע דלא אמרן מסתא׃ 16 שיול ואחדת רחמא וארעא לא שבעא מיא ונורא לא אמרת מסתא׃ 17 עינא דמצדיא לאב ושיטא קשישותא דאמא נחצנה ערבא דנחלא׃ 18 תלת אנון דגניזן מני וארבע דלא ידעת אנון׃ 19 ארחא דנשרא בשמיא וארחא דחויא על שועא וארחא דאלפא בלבה דימא וארחא דגברא בעלמתא׃ 20 היכנא ארחא דאתתא גיורתא אכלה ומכפרה פומה ואמרה לא עבדת מדעם דעאתא׃ 21 תחות תלת רגזא ארעא ותחות ארבע לא יכל למסברא׃

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

CAP. XXX.

VErba Agur filij Iachæ, qui suscepit prophetiam, & dixit vir ad Ithiel, Ithiel & Vchal. 2 Quoniam insipientissimus ego sum hominũ, & non est mihi intelligentia filiorum hominum. 3 Et non didici sapientiam, nec sciui scientiam sanctorum. 4 Quis ascendit in cælum & descendit? & quis tenuit ventum in pugillis suis? & quis ligauit aquas in pallio? & quis statuit terminos terræ? quod est nomen eius, aut quod est nomen filij eius, si nosti? 5 Omnes sermones Dei sunt conflati, & auxiliatur eis qui confidunt in eo. 6 Ne addas ad verba eius, vt non arguat te, & inueniaris mendax. 7 Duo petiui à te, ne prohibeas à me anteaquam moriar. 8 Detractionem & verbum mendacij longè fac à me, mendicitatem & diuitias ne des mihi, enutri me pane sufficienti mihi. 9 Ne cùm satiatus fuero, negẽ & dicam: Quis est Deus? & ne paupertate compulsus furer, & violem nomen Dei. 10 Ne accuses seruum apud dominum suum, ne fortè maledicat tibi, & reus peragaris. 11 Est generatio quæ patri suo maledicit, & matri suæ non benedicit. 12 Generatio quæ munda est in oculis suis, & à sordibus suis non est lota. 13 Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eleuatæ. 14 Generatio cuius dentes sunt *sicut* gladij, & molares *vt* cultri ad comedendum pauperes de terra, & afflictos ex filiis hominum. 15 Sanguisugæ duæ sunt filiæ datæ: tres sunt quæ non satiantur, & quatuor quæ nunquam dicunt, Sufficit. 16 Infernus, & constricta vulua, & terra non satiatur aquas & ignis nunquam dicit, Sufficit. 17 Oculus qui subsannat patrem, & despicit senectutem matris, diffident eum corui torrentis.
18 Tria sunt abscondita mihi, & quatuor quæ non scio. 19 Viam aquilæ in cælo, viam colubri super petra, & viam nauis in corde maris, & viam viri in virgine. 20 Sic est via mulieris adulteræ, quæ comedit & tergit os suum, & dicit: Non sum operata aliquid iniqui. 21 Per tria commouetur terra, & quartum non potest sustinere.

22 * תַּחַת עֶבֶד כִּי יִמְלוֹךְ וְנָבָל כִּי יִשְׂבַּע־לָחֶם :
23 * תַּחַת שְׂנוּאָה כִּי תִבָּעֵל וְשִׁפְחָה כִּי־תִירַשׁ
24 גְּבִרְתָּהּ : * אַרְבָּעָה הֵם קְטַנֵּי־אָרֶץ וְהֵמָּה חֲכָמִים
25 מְחֻכָּמִים : * הַנְּמָלִים עַם לֹא־עָז וַיָּכִינוּ בַקַּיִץ
26 לַחְמָם : * שְׁפַנִּים עַם לֹא־עָצוּם וַיָּשִׂימוּ בַסֶּלַע
27 בֵּיתָם : * מֶלֶךְ אֵין לָאַרְבֶּה וַיֵּצֵא חֹצֵץ כֻּלּוֹ :
28 * שְׂמָמִית בְּיָדַיִם תְּתַפֵּשׂ וְהִיא בְּהֵיכְלֵי מֶלֶךְ :
29 * שְׁלֹשָׁה הֵמָּה מֵיטִיבֵי צָעַד וְאַרְבָּעָה מֵיטִבֵי לָכֶת :
30 * לַיִשׁ גִּבּוֹר בַּבְּהֵמָה וְלֹא־יָשׁוּב מִפְּנֵי־כֹל :
31 * זַרְזִיר מָתְנַיִם אוֹ־תָיִשׁ וּמֶלֶךְ אַלְקוּם עִמּוֹ :
32 * אִם־נָבַלְתָּ בְהִתְנַשֵּׂא וְאִם־זַמּוֹתָ יָד לְפֶה :
33 * כִּי מִיץ חָלָב יוֹצִיא חֶמְאָה וּמִיץ־אַף יוֹצִיא דָם
וּמִיץ אַפַּיִם יוֹצִיא רִיב :

לא

1 * דִּבְרֵי לְמוּאֵל מֶלֶךְ מַשָּׂא אֲשֶׁר־יִסְּרַתּוּ אִמּוֹ :
2 * מַה־בְּרִי וּמַה־בַּר־בִּטְנִי וּמֶה בַּר־נְדָרָי :
3 * אַל־תִּתֵּן לַנָּשִׁים חֵילֶךָ וּדְרָכֶיךָ לַמְחוֹת מְלָכִין :
4 * אַל לַמְלָכִים לְמוֹאֵל אַל לַמְלָכִים שְׁתוֹ־יָיִן
וּלְרוֹזְנִים אֵו שֵׁכָר :
5 * פֶּן־יִשְׁתֶּה וְיִשְׁכַּח מְחֻקָּק וִישַׁנֶּה דִּין כָּל־בְּנֵי־עֹנִי :
6 * תְּנוּ־שֵׁכָר לְאוֹבֵד וְיַיִן לְמָרֵי נָפֶשׁ :
7 * יִשְׁתֶּה וְיִשְׁכַּח רִישׁוֹ וַעֲמָלוֹ לֹא יִזְכָּר־עוֹד :
8 * פְּתַח־פִּיךָ לְאִלֵּם אֶל־דִּין כָּל־בְּנֵי חֲלוֹף :
9 * פְּתַח־פִּיךָ שְׁפָט־צֶדֶק וְדִין עָנִי וְאֶבְיוֹן :
10 * אֵשֶׁת־חַיִל מִי יִמְצָא וְרָחֹק מִפְּנִינִים מִכְרָהּ :
11 * בָּטַח בָּהּ לֵב בַּעְלָהּ וְשָׁלָל לֹא יֶחְסָר :
12 גְּמָלַתְהוּ טוֹב וְלֹא־רָע כֹּל יְמֵי חַיֶּיהָ :
13 * דָּרְשָׁה צֶמֶר וּפִשְׁתִּים וַתַּעַשׂ בְּחֵפֶץ כַּפֶּיהָ :
14 * הָיְתָה כָּאֳנִיּוֹת סוֹחֵר מִמֶּרְחָק תָּבִיא לַחְמָהּ :

22 *Per seruũ cùm regnauerit, per stultũ cũ
23 saturatus fuerit cibo. *Et per odiosam mu-
D lierẽ, cùm matrimonio fuerit assumpta; &
per ancillam cùm fuerit hæres dñæ suæ.
24 *Quatuor sunt minima terrę, & ipsa sunt
25 sapientiora sapientibus. *Formicæ popul⁹
infirmus, qui pręparat in messe cibũ suum.
26 *Lepusculus plebs inualida, qui collocat
27 in petra cubile suũ. *Regẽ locusta non ha-
bet, & egreditur vniuersa per turmas suas.
28 *Stellio manibus nititur, & moratur in
29 ædibus regis. *Tria sunt quæ bene gradiũ-
30 tur, & quartũ quod incedit feliciter. *Leo
fortissimus bestiarũ ad nullius pauebit oc
31 cursum. *Gallus succinctus lũbos suos, &
32 aries, nec est rex qui resistat ei. *Et qui stul-
tus apparuerit postquã eleuat⁹ est in sub-
lime. Si enim intellexisset, ori suo impo-
32 suisset manũ. *Qui autẽ fortiter premit v-
bera ad eliciendũ lac, exprimit butyrũ; &
qui vehemẽter emũgit, elicit sanguinẽ: &
qui prouocat iras, producit discordias.

CAP. XXXI.

1 VErba Lamuelis regis. visio qua erudiuit
2 eum mater sua. *Quid dilecte mi, quid
A dilecte vteri mei, quid dilecte votorum
3 meorũ? *Ne dederis mulieribus substantiã
4 tuã, & vias tuas ad delẽdos reges. *Noli re-
gibus ô Lamuel, noli regibus dare vinum;
quia nullũ secretũ est vbi regnat ebrietas.
4 *Ne fortè bibãt & obliuiscãtur iudicio-
6 rũ, & mutẽt causam filiorũ paupis. *Date
siceram mærentibus, & vinũ his qui amaro
7 sunt animo. *Bibãt & obliuiscãtur egesta-
tis suæ, & doloris sui non recordẽtur am-
8 plius. *Aperi os tuũ muto, & causis omniũ
9 filiorũ qui ptrãseunt. *Api os tuũ, decerne
B quod iustũ est, & vindica inopẽ & paupẽ.
10 **Aleph.* Mulierẽ fortẽ quis inueniet? pcul
11 & de vltimis finib⁹ pretiũ ei⁹. **Beth.* Cõfi-
dit in ea cor viri sui, & spoliis non indige-
12 bit. **Gimel.* Reddet ei bonũ & nõ malũ om
13 nib⁹ dieb⁹ vitæ suæ. **Daleth.* Quęsiuit lanã
& linũ, & opata est cõsilio manuum suarũ.
14 * *He.* Facta est quasi nauis institoris de longè portans panem suum.

** Si seruus regnauerit, & stultus repletus fue* 22
rit ciborũ, & serua si eiecerit suam dominã. * *Et* 23
odiosa mulier si sortita fuerit virũ bonũ. * *Qua-* 24
tuor autẽ sunt minima in terra, hæc autẽ sunt sa
pientiora sapientibus. * *Formicæ, quibus non est* 25
fortitudo, et præparãt vere cibũ. * *Et cherogrylli* 26
gẽs nõ valida, quæ fecerũt in petris suas domos.
* *Absq; rege est locusta, & egreditur tanquã* 27
acies ab vna iussione ordinatè. * *Et calamotes* 28
piscis manibus innitens, et captu facilis existẽs,
habitat in munitionibus regis. * *Tria autẽ sunt* 29
quæ prosperè gradiuntur, & quartũ quod bene
incedit. * *Catulus leonis fortior bestiis, qui non* 30
auertitur neq; horret bestiam. * *Et gallus cõscen* 31
dens fœminas clemẽter, & hircus præcedẽs gre
gẽ, & rex concionans in gente. * *Si immiseris te* 32
in lætitiã, & extenderis manũ tuã cũ pugna, in-
honoraberis. * *Mulge lac, & erit butyrũ: si autẽ* 33
expresseris nares, exibit sanguis. Si autẽ extra-
xeris sermones, exibunt iudicia & pugnæ.

CAP. XXXI.

MEi sermones dicti sunt à Deo rege respon- 1
sum, quod docuit mater eius. * *Quid fili* 2
custodies, quid? sermones Dei. Primogenite tibi
dico fili, quid fili mei vteri? quid fili meorũ vo-
torũ? * *Ne dederis mulieribus tuas diuitias, &* 3
tuã mentẽ, & vitam in pænitentiã. * *Cũ consilio* 4
omnia fac, cũ consilio bibe vinũ; principes iracũ-
di sunt. Vinũ ne bibant, ne cùm biberint obliui-
scantur sapientiæ, & recta iudicare, ne obruant
debiles. * *Date merum his qui sunt in mœrori-* 6
bus, & vinũ bibere his qui sunt in doloribus.
* *Vt obliuiscantur egestatis, & laborũ nõ re-* 7
cordentur amplius. * *Fili aperi tuũ os verbo Dei,* 8
& iudica omnes sanè. * *Aperi tuũ os, & iudica* 9
iustè, diiudica autem pauperem & imbecillem.
* Aleph. *Mulierẽ fortẽ quis inueniet? pretio-* 10
sior autem est lapidibus pretiosis huiusmodi.
* Beth. *Confidit in ea cor viri sui, talis bonis* 11
spoliis nõ indigebit. * Gimel. *Operatur enim vi-* 12
ro bonũ & nõ malũ tota vita. * Daleth. *Filans* 13
lanas & linum fecit vtilia manibus suis.
* He. *Facta est quasi nauis mercaturã exer-* 14
cens: de longè congregat suas diuitias.

22 * ἐὰν οἰκέτης βασιλεύσῃ, καὶ ἄφρων πλησθῇ σιτίων, καὶ οἰ-
23 κέτις ἐὰν ἐκβάλῃ τὴν ἑαυτῆς κυρίαν. * καὶ μισητὴ γυνὴ ἐὰν
24 τύχῃ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. * τέσσαρα δέ ἐστιν ἐλάχιστα ἐπὶ τῆς γῆς,
25 ταῦτα δέ ἐστι σοφώτερα τῶν σοφῶν. * οἱ μύρμηκες οἷς μή
26 ἐστιν ἰσχύς, καὶ ἑτοιμάζονται θέρους τὴν τροφήν. * καὶ οἱ χοιρο-
γρύλλιοι ἔθνος οὐκ ἰσχυρόν, οἳ ἐποιήσαντο ἐν πέτραις τοὺς
27 ἑαυτῶν οἴκους. * ἀβασίλευτόν ἐστιν ἡ ἀκρίς, καὶ ἐκστρατεύει
28 ἀφ' ἑνὸς κελεύσματος εὐτάκτως. * καὶ καλαμώτης χερσὶν
ἐρειδόμενος καὶ εὐάλωτος ὤν, κατοικεῖ ἐν ὀχυρώμασι βασι-
29 λέως. * τρία δέ ἐστιν ἃ εὐόδως πορεύεται, καὶ τὸ τέταρτον ὃ κα-
30 λῶς διαβαίνει. * σκύμνος λέοντος ἰσχυρότερος κτηνῶν, ὃς οὐκ
31 ἀποστρέφεται, οὐδὲ καταπτήσσει κτῆνος. * καὶ ἀλέκτωρ ἐμπερι-
πατῶν θηλείαις εὐψύχως, καὶ τράγος ἡγούμενος αἰπολίου, καὶ
32 βασιλεὺς δημηγορῶν ἐν ἔθνει. * ἐὰν πρόῃ σεαυτὸν εἰς εὐφρο-
σύνην, καὶ ἐκτείνῃς τὴν χεῖρά σου μετὰ μάχης ἀτιμασθήσῃ.
33 * ἄμελγε γάλα καὶ ἔσται βούτυρον, ἐὰν δὲ ἐκπιέζῃς μυκτῆ-
ρας, ἐξελεύσεται αἷμα. ἐὰν δὲ ἐξέλκῃς λόγους, ἐξελεύσονται
κρίσεις καὶ μάχαι.

λα'

1 * Οἱ ἐμοὶ λόγοι εἴρηνται ὑπὸ θεοῦ βασιλέως χρημα-
2 τισμός, ὃν ἐπαίδευσεν ἡ μήτηρ αὐτοῦ. * τί τέκνον τη-
ρήσεις τί; ῥήσεις θεοῦ, πρωτογενὲς σοὶ λέγω υἱὲ τί τέκνον ἐ-
μῆς κοιλίας; τί τέκνον ἐμῶν εὐχῶν;
3 * μὴ δῷς γυναιξὶ σὸν πλοῦτον καὶ τὸν σὸν νοῦν καὶ βίον
4 εἰς ὑστεροβουλίαν. * μετὰ βουλῆς πάντα ποίει, μετὰ βου-
λῆς οἰνοπότει, οἱ δυνάσται θυμώδεις εἰσίν. οἶνον μὴ
5 πινέτωσαν. * ἵνα μὴ πιόντες ἐπιλάθωνται τῆς σοφίας
καὶ ὀρθὰ κρῖναι, οὐ μὴ δύνωνται τοὺς ἀσθενεῖς.
6 * δότε μέθην τοῖς ἐν λύπαις, καὶ οἶνον πίνειν τοῖς ἐν ὀδύ-
7 ναις. * ἵνα ἐπιλάθωνται τῆς πενίας καὶ τῶν πόνων μὴ
8 μνησθῶσιν ἔτι. * υἱὲ ἄνοιγε σὸν στόμα λόγῳ θεοῦ, καὶ
9 κρῖνε πάντας ὑγιῶς. * ἄνοιγε σὸν στόμα, καὶ κρῖνε δι-
καίως, διάκρινε δὲ πένητα καὶ ἀσθενῆ.
10 * ἀλεφ. Γυναῖκα ἀνδρείαν τίς εὑρήσει; τιμιωτέρα
11 δέ ἐστι λίθων πολυτελῶν ἡ τοιαύτη. * βήθ. θαρσεῖ ἐπ' αὐ-
τῇ ἡ καρδία τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, ἡ τοιαύτη καλῶν σκύλων οὐκ
12 ἀπορήσει. * γίμελ. ἐνεργεῖ γὰρ τῷ ἀνδρὶ ἀγαθὸν καὶ οὐ κα-
13 κὸν πάντα τὸν βίον. * δάλεθ. μηρυομένη ἔρια καὶ λίνον ἐ-
14 ποίησεν εὔχρηστα ταῖς χερσὶν αὐτῆς. * ἤ. ἐγένετο ὡσεὶ ναῦς
ἐμπορευομένη, μακρόθεν συνάγει αὐτῆς τὸν πλοῦτον.

תרגום

22 תְּחוֹת עַבְדָּא כַּד נִמְלֹךְ וְטַפְשָׁא יִשְׂבַּע לַחְמָא ׃ 23 דִּתְחוֹת שְׂנוּאֲתָא דַּהֲוְיָא לְגַבְרָא וְאַמְתָא דִּי יָרְתָה לְרִבּוֹנְתָהּ ׃ 24 אַרְבְּעָא
אִנּוּן דִּזְעִירִין בְּאַרְעָא וְהִנּוּן חַכִּימִין וּמְחַכְּמִין ׃ 25 שׁוּמְשְׁמָנֵי לָא עֲשִׁין עַמְּהוֹן וּמַתְקְנִין בְּקַיְטָא מֵיכַלְהוֹן ׃ 26 וְחַגְסֵי דְּעַמְּהוֹן לָא
תַּקִּיף וְעָבְדִין לְהוֹן בֵּיתָא בְּקֵרָתֵי ׃ 27 וְקַמְצֵי דְּמַלְכָּא לֵית לְהוֹן וּמִתְכַּנְשִׁין כֻּלְּהוֹן כַּחֲדָא ׃ 28 וְאַקְמְתָא דִּמְסַכְּכָה בִּידָיהָ וְעָמְדָא בְּבֵיתָא
דְּמַלְכֵי ׃ 29 תְּלָתָא אִנּוּן דְּשַׁפִּירָן הִלְכָתְהוֹן וְאַרְבְּעָא דְּשַׁפִּיר מַהְלְכִין ׃ 30 אַרְיָא גְּבַר בִּבְעִירָא וְלָא הָפֵךְ מִן־כָּל־מִדַּעַם ׃
31 וְאַכְּכָא דִּמְזַרְזַל בֵּינַת תַּרְנְגוֹלֵי וְתַיְשָׁא דְּאָזֵל בֵּית גִּיּוֹרָא וּמַלְכָּא דְּקָאֵם וּמְמַלֵּל בֵּית עַמֵּהּ ׃ 32 לָא־תִתְרוֹרֵם דְּלָא תִטְפַּשׁ וְלָא־
תוֹשֵׁט אִידָךְ לְפֻמָּךְ ׃ 33 דְּמַן דִּמְעַצֵּא חֲלָבָא נָפְקָא חֶמְאָתָא וּמִן כְּבוּשָׁא דְּרֻגְזָא נָפֵק דְּמָא וּמִן חַרְיָנָא דְּאַפֵּי נָפֵק דִּינָא ׃

לא

1 מִלּוֹהִי דִּלְמוֹאֵל מַלְכָּא נְבִיּוּתָא וּמַרְדּוּתָא דִּרְדָתֵהּ אִמֵּהּ וַאֲמַרַת לֵהּ ׃ 2 מַה־בְּרִי וַי בַּר־כַּרְסִי וַי בַּר נִדְרַי ׃ 3 לָא־תִתֵּן לִנְשֵׁי חֵילָךְ וְאָרְחָתָךְ
לִבְנַת מַלְכִּין ׃ 4 אִזְדְּהַר מִן מַלְכֵּי לְמוֹאֵל מִן מַלְכֵּי דְּשָׁתַיִן חַמְרָא וּמִן־שַׁלִּיטוֹנֵי דְּשָׁתַיִן שִׁכְרָא ׃ 5 לָא־תִשְׁתֵּי וְתִטְעֵי הֲוָנָךְ וְתִשְׁנֵא דִּינְהוֹן דְּכֻלְּהוֹן
בְּנֵי עַנְיֵי ׃ 6 הַבוּן שִׁכְרָא לַאֲבִילֵי וְחַמְרָא לִמְרִירֵי נַפְשָׁא ׃ 7 וְנִשְׁתֵּה וְנִטְעוֹן מִסְכֵּנוּתְהוֹן וְשַׁחֲקֵיהוֹן לָא נִזְכְּרוּן תּוּב ׃ 8 פְּתַח פֻּמָּךְ
לְהוֹן דְּלָא מַפְסוֹ דִּין וְדוּן לְכֻלְּהוֹן בְּנֵי עוּלֵי ׃ 9 פְּתַח פֻּמָּךְ וְדוּן צִדְקְתָא וְדוּן לַעֲנְיֵי וְלַעֲלִיבֵי ׃ 10 אִתְּתָא כְּשֶׁרְתָּא מַנִּי יִשְׁכַּח יַקִּירָא הִיא
מִן כֵּיפֵי טַבְתָּא ׃ 11 דְּתַכֵּל עֲלַהּ לִבֵּהּ דְּבַעְלַהּ וְלָא מִתְבַּזַּא וְלָא חָסְרָא ׃ 12 פָּרְעָתֵהּ טַבְתָּא וְלָא־בִישְׁתָּא כָּל־יוֹמֵי חַיֶּיהָא ׃
13 תְּבַעַת עַמְרָא וְכִתָּנָא וְעָבְדַת הֵיךְ צְבִיָּנָא דְּאִידָהּ ׃ 14 וַהֲוָת הֵיךְ אִלְפָּא דְּתַגָּרָא דְּמִן־רַחִיק אַתְיָא מֵיכַלְתָּא ׃

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

22 Propter seruũ cùm regnauerit, & propter insipientẽ qui saturatur pane. 23 Propter odiosam quæ fuit viro, & ancillã quæ fuerit hæres dominæ suæ. 24 Quatuor sunt minima in terra, & sunt sapientia & erudita. 25 Formicæ quarũ populus nõ est fortis, & præparãt in æstate cibum suum. 26 Et cuniculi quorum populus non est fortis, & faciunt sibi domos in petris. 27 Et locustæ quæ non habent regem, & congregantur omnes in vnum. 28 Et aranea manibus tegumenta facit, & stat in domo regum. 29 Tria sunt quorum gressus pulchri sunt, & quatuor quæ pulchrè gradiuntur. 30 Leo fortissimus in animalibus, & non fugatur à quoquam. 31 Et gallus succinctus inter gallinas, & hircus syluestris qui vadit in domum peregrini, & rex qui stat & loquitur in domo populi sui. 32 Ne te extollas, ne sis insipiens, neque extendas manũ tuam ad os tuum. 33 Quia qui exprimit lac, elicit butyrum: & de expressione furoris exit sanguis, & de naribus vultus exit contentio.

CAP. XXXI.

VErba Lamuelis regis: Prophetia & eruditio, qua erudiuit eum mater sua, & dixit ei: 2 Quale væ fili mi, væ fili vteri mei, væ fili votorũ meorum. 3 Ne dederis mulieribus fortitudinẽ tuam, & vias tuas filiabus regum. 4 Obserua te à regibus Lamuel, à regibus qui bibunt vinum, & à potentibus qui bibunt siceram. 5 Ne fortè bibas & peruertas rationem tuam, & mutes iudicia omnium filiorum pauperum. 6 Date siceram lugentibus, & vinum his qui amaro sunt animo. 7 Vt bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & detritarum vestium non recordentur amplius. 8 Aperi os tuum his qui non peruertunt iudiciũ, & iudica omnes filios peruersorũ. 9 Aperi os tuum, & iudica iustitiam, & ius redde pauperibus, & iniuriã patientibus. 10 *Aleph.* Mulierem bonam quis inueniet? pretiosior est lapidibus optimis. 11 *Beth.* Confidit in ea cor viri sui, & non spoliatur neque indiget. 12 *Gimel.* Reddet ei bonum & non malum omnibus diebus vitæ suæ. 13 *Daleth.* Quæsiuit lanam & linum, & operata est iuxta voluntatem manuum suarum.
14 *He.* Et facta est sicut nauis mercatoris, cuius è longinquo affertur cibus.

15 * וַתָּקָם ׀ בְּעוֹד לַיְלָה וַתִּתֵּן טֶרֶף לְבֵיתָהּ וְחֹק לְנַעֲרֹתֶיהָ׃
16 * זָמְמָה שָׂדֶה וַתִּקָּחֵהוּ מִפְּרִי כַפֶּיהָ נָטְעָה כָּרֶם׃
17 * חָגְרָה בְעוֹז מָתְנֶיהָ וַתְּאַמֵּץ זְרוֹעֹתֶיהָ׃
18 * טָעֲמָה כִּי־טוֹב סַחְרָהּ לֹא־יִכְבֶּה בַלַּיְלָה נֵרָהּ׃
19 * יָדֶיהָ שִׁלְּחָה בַכִּישׁוֹר וְכַפֶּיהָ תָּמְכוּ פָלֶךְ׃
20 * כַּפָּהּ פָּרְשָׂה לֶעָנִי וְיָדֶיהָ שִׁלְּחָה לָאֶבְיוֹן׃
21 * לֹא־תִירָא לְבֵיתָהּ מִשֶּׁלֶג כִּי כָל־בֵּיתָהּ לָבֻשׁ שָׁנִים׃
22 * מַרְבַדִּים עָשְׂתָה־לָּהּ שֵׁשׁ וְאַרְגָּמָן לְבוּשָׁהּ׃
23 * נוֹדָע בַּשְּׁעָרִים בַּעְלָהּ בְּשִׁבְתּוֹ עִם־זִקְנֵי־אָרֶץ׃
24 * סָדִין עָשְׂתָה וַתִּמְכֹּר וַחֲגוֹר נָתְנָה לַכְּנַעֲנִי׃
25 * עֹז־וְהָדָר לְבוּשָׁהּ וַתִּשְׂחַק לְיוֹם אַחֲרוֹן׃
26 * פִּיהָ פָּתְחָה בְחָכְמָה וְתוֹרַת־חֶסֶד עַל־לְשׁוֹנָהּ׃
27 * צוֹפִיָּה הֲלִיכוֹת בֵּיתָהּ וְלֶחֶם עַצְלוּת לֹא תֹאכֵל׃
28 * קָמוּ בָנֶיהָ וַיְאַשְּׁרוּהָ בַּעְלָהּ וַיְהַלְלָהּ׃
29 * רַבּוֹת בָּנוֹת עָשׂוּ חַיִל וְאַתְּ עָלִית עַל־כֻּלָּנָה׃
30 * שֶׁקֶר הַחֵן וְהֶבֶל הַיֹּפִי אִשָּׁה יִרְאַת־יְהוָה הִיא תִתְהַלָּל׃
31 * תְּנוּ־לָהּ מִפְּרִי יָדֶיהָ וִיהַלְלוּהָ בַשְּׁעָרִים מַעֲשֶׂיהָ׃

15 * *Vau.* De nocte surrexit, deditque prędā domesticis suis, & cibaria ancillis suis.
16 * *Zain.* Considerauit agrum & emit eū: C de fructu manuū suarū plantauit vineā.
17 * *Heth* Accinxit fortitudine lūbos suos, & roborauit brachium suum.
18 * *Teth.* Gustauit quoniam bona est negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius.
19 * *Iod.* Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum.
20 * *Caph.* Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.
21 * *Lamed.* Non timebit domui suę à frigoribus niuis; omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.
22 * *Mem.* Stragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius.
23 * *Nun.* Nobilis in portis vir eius, quan D do sederit cum senatoribus terræ.
24 * *Samech.* Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.
25 * *Ain.* Fortitudo & decor indumentū eius, & ridebit in die nouissimo.
26 * *Phe.* Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius.
27 * *Sade.* Cōsiderauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit.
28 * *Coph.* Surrexerunt filij eius, & beatissimā prædicauerūt: vir eius laudauit eam.
29 * *Res.* Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.
30 * *Sin.* Fallax gratia & vana est pulchritudo: mulier timēs Dñm, ipsa laudabitur.
31 * *Thau.* Date ei de fructu manuū suarū, & laudent eam in portis opera eius.

תרגום

15 וְקַמַת כְּלֵילְיָא וְיַהֲבַת מְזוֹנָה לְבֵיתָהּ וּפִלְחָנָא לְטַלְיָתָהּ׃ 16 וְאִתְחַשְּׁבַת בְּחַרְעֵיתָא וְנָסְבַת חַקְלָא וְסָדֵי דְרַדְיָא נְצָבַת כַּרְמָא׃
17 וַאֲסָרַת בְּתָשְׁנָא חַרְצָהָא וְתַקִּיפַת דְּרָעֵיהָ׃ 18 וְטַעֲמַת מָטוּל דְּטָבְתָּהּ תִּגְרוּתָהּ וְלָא־דָעֵךְ בְּלֵילְיָא שְׁרָגָהּ׃
19 יְדָהָא פְּשָׁטָא בְּכִשָּׁרָא וִידָהָא לָבְכִין סָעֲדָא׃ 20 יְדָהּ פְּשָׁטָא לְעַנְיָא וְדְרָעֵיהָ אוֹשְׁטָא לַעֲלֵבֵי׃
21 לָא יְדַחֲלִין בְּנֵי בֵיתָהּ מִן־חַלְגָא טָטוּל דְּכָל־הוֹן בְּנֵי בֵיתָהּ לְבִישִׁין תְּוִי וְחוֹרִיתָא׃ 22 תִּשְׁוְיָתָא עֲבָדַת לָהּ בּוּצָא וְאַרְגְּוָנָא לִבּוּשָׁהּ׃
23 יְדִיעַ בְּתָרַע בִּינַת מְדִינְתָּא בַּעְלָהּ כַּד יָתֵב הוּא עִם־סָבֵי־אַרְעָא׃ 24 פָּתְגָא עֲבָדַת וְזַבְּנַת וְזוֹנְרָא יְהַבַת לְכְנַעֲנָאָה׃
25 עָשְׁנָא וְתֻקְפָּא לִבּוּשָׁהּ וְגָחֲכָא בְּיוֹמָא אָחֳרָיְתָא׃ 26 פֻּמָּהּ פְּתַחַת בְּחָכְמְתָא וְנָמוּסָא דְחִסְדָּא עַל־לִשָּׁנָהּ׃
27 וְגָלְיָן אָרְחָתָא דְבֵיתָהּ וְלַחְמָא חֲבִינְוָתָא לָא אָכְלָה׃ 28 קָמוּ בְנָהָא וְיַהֲבִין לָהּ טוּבָא בַּעְלָהּ וּמְשַׁבְּחָהּ׃
29 סַגִּיאָן בְּנָתָא דְקָנְיוּ וְאַתְּ עֲבַרְתְּ עַל־כֻּלְּהֶן׃ 30 מְטוּל דְּשִׁקְרָא הוּא חָנָא וּסְרִיךְ הוּא שְׁפִירָא אִתְּתָא דַּחֲלַת יְהָוָה הִיא תִשְׁתַּבַּחְתָּא׃
31 הַבוּ לָהּ מִן פֵּרֵי יְדָהָא וְיִשַּׁבְּחָנָהּ עוֹבָדֶיהָ בְּתַרְעֵי׃

נשלם ספר משלי

ונקרא ומוגה עם רב עיון על ידי בנדיבטוס אריאש מונטנוס ממונה על המלאכה
הזאת במצות פיליפוס מלך ספרד מלך טוב וירא האלהים על
כל אשר הם קוראים בשם ישוע המשיח׃

ב א ם

15 * καὶ ἀνέστη ἔτι νυκτὸς καὶ ἔδωκε βρώματα τῷ οἴκῳ αὐτῆς καὶ ἔργα ταῖς θεραπαίναις. 16 * ζάϊν. διεωρήσατο γεωργιον καὶ ἐπρίατο, ἀπὸ δὲ καρπῶν χειρῶν αὐτῆς κατεφύτευσε κλῆμα. 17 * ἡθ. ἀνεζωσατο μὴν ἰσχυρὰς τοὺς ὀσφῦς αὐτῆς, ἤρεισε δὲ βραχίονας αὐτῆς εἰς ἔργον. 18 * τήθ. ἐγεύσατο ὅτι καλὸν ἐστι τὸ ἐργάζεσθαι, καὶ ἀπὸ νυκτὸς οὐ σβέσει ὅλως τὸν λύχνον αὐτῆς. 19 * ἰὼθ. τοὺς πήχεις αὐτῆς ἐκτείνει ἐπὶ τὰ συμφέροντα, τὰς δὲ χεῖρας αὐτῆς ἐρείδει εἰς ἄτρακτον. 20 * χάφ. χεῖρας δὲ αὐτῆς διήνοιξε πτωχῷ, καρπὸν δὲ ἐξέτεινε πτωχῷ. 21 * λάμεδ. οὐ φροντίζει τῶν ἐν οἴκῳ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ὅταν που χρονίζῃ. πάντες γὰρ οἱ παρ' αὐτῆς ἐνδεδυμένοι εἰσί. 22 * μήμ. διστὰς χλαίνας ἐποίησε τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, ἐν δὲ βύσσῳ καὶ πορφύρᾳ ἑαυτὴν ἐνέδυμα τεν. 23 * νὼν. περίβλεπτος δὲ γίνεται ἐν πύλαις ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἡνίκα ἂν καθίσῃ ἐν συνεδρίῳ μετὰ τῶν γερόντων τῆς γῆς. 24 * σάμεχ. σινδόνας ἐποίησε καὶ ἀπέδοτο, περιζώματα δὲ τοῖς χαναναίοις. 25 * ἄϊν. ἰσχὺν καὶ εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, καὶ εὐφροσύνῃ ἐν ἡμέραις ἐσχάταις. 26 * φὴ. στόμα δὲ αὐτῆς ἀνοίγει σοφῶς καὶ νομοθέτιμος, ἡ δὲ ἐλεημοσύνη αὐτῆς ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. 27 * σαδὴ. σεσιώπηκε διατελοῦσα οἰκίαν αὐτῆς, σῖτα δὲ ὀκνηρὰ οὐκ ἔφαγε. 28 * κὼφ. ἀνέστησαν τὰ τέκνα αὐτῆς καὶ ἐπλούτησαν, καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἤνεσεν αὐτήν. 29 * ῥὼ. πολλαὶ θυγατέρες ἐκτήσαντο πλοῦτον, πολλαὶ ἐποίησαν δυνάμεις, ὑπέρκεισαι καὶ ὑπερῆρας πάσας. 30 * σὶν. ψευδὴς ἀρέσκεια καὶ μάταιον κάλλος οὐκ ἔστιν ἐν γυναικὶ γὰρ συνετῇ εὐλογεῖται· φόβου δὲ κυρίου αὕτη αἰνείτω. 31 * θαῦ. δότε αὐτῇ ἀπὸ καρπῶν χειρῶν αὐτῆς, καὶ αἰνείσθω ἐν πύλαις ὁ ἀνὴρ αὐτῆς.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

15 *Vau.* Et surrexit in nocte, & dedit escam domui suæ, & pensum ancillis suis. 16 *Zain.* Et cogitauit in consilio, & accepit agrum, & de fructibus manuum suarú plantauit vineam. 17 *Heth.* Et succingit fortitudine lumbos suos, & accingit brachia sua. 18 *Teth.* Et gustauit quoniam bona est negotiatio sua, & non extinguetur in nocte lucerna eius. 19 *Iod.* Manum suam extendit ad vertibulum, & manus eius tenuerunt fusum. 20 *Caph.* Manum suam extendit ad inopem, & brachia sua misit iniuriam patientibus. 21 *Lamed.* Non timebunt filij domus eius à niue, quoniam omnes domestici eius vestiti sunt coccineis. 22 *Mem.* Strata fecit sibi: byssus & purpura indumentum eius. 23 *Nun.* Notus est in prouinciis maritus eius, quando sederit cum senioribus terræ. 24 *Samech.* Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit mercatori. 25 *Ain.* Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. 26 *Phe.* Os suum aperuit in sapientia, & lex gratiæ in lingua eius. 27 *Sadic.* Manifestæ sunt viæ domus eius, & panem pigredinis non comedit. 28 *Coph.* Surrexerunt filij eius, & beatitudinem illi dederunt: vir eius & laudauit eam. 29 *Res.* Multæ filiæ possederunt diuitias, sed tu superasti vniuersas. 30 *Sin.* Quoniam fallax est gratia, & vana pulchritudo: mulier timens Deum, ipsa laudatur. 31 *Thau.* Date ei de fructibus manuum suarum, & laudent eam opera sua in portis.

PROLOGVS BEATI HIERONYMI
IN LIBRVM ECCLESIASTEN.

MEMINI me ante hoc ferme quiquennium, cùm adhuc Romæ essem & Ecclesiasten sanctæ Blesillæ legerem, vt eam ad contemptum mundi huius prouocarem, & omne quod in mundo cerneret, putaret esse pro nihilo, rogatū ab ea, vt in morem commētarioli, obscura quæq; dissererem, vt absque me posset intelligere quæ legebat. Itaque quoniam in procinctu nostri operis subita morte subtracta est, & vbi non meruimus, ô Paula & Eustochium, talem vitæ nostræ habere consortem, tantoque vulnere tunc percussus obmutui; nunc in Bethleem positus, angustiore videlicet ciuitate, & illius memoriæ & vobis reddo quod debeo: Hoc breuiter admonens, quòd nullius auctoritatem secutus sum, sed de Hebræo transferens, maximè septuaginta Interpretū consuetudini me coaptaui; in his duntaxat quæ non multum ab Hebraicis discrepant. Interdum Aquilæ quoq; & Symmachi & Theodotionis recordatus sum; vt nec nouitate nimia lectoris studium deterrerē, nec rursum contra conscientiam eamm, fonte veritatis omisso, opinionum riuulos consectarer.

א

1 דִּבְרֵי קֹהֶלֶת בֶּן־דָּוִד מֶלֶךְ בִּירוּשָׁלָםִ׃
2 הֲבֵל הֲבָלִים אָמַר קֹהֶלֶת הֲבֵל
הֲבָלִים הַכֹּל הָבֶל׃
3 מַה־יִּתְרוֹן לָאָדָם בְּכָל־עֲמָלוֹ שֶׁיַּעֲמֹל תַּחַת
הַשָּׁמֶשׁ׃
4 דּוֹר הֹלֵךְ וְדוֹר בָּא וְהָאָרֶץ לְעוֹלָם עֹמָדֶת׃
5 וְזָרַח הַשֶּׁמֶשׁ וּבָא הַשָּׁמֶשׁ וְאֶל־מְקוֹמוֹ שׁוֹאֵף
זוֹרֵחַ הוּא שָׁם׃
6 הוֹלֵךְ אֶל־דָּרוֹם וְסוֹבֵב אֶל־צָפוֹן סוֹבֵב ׀ סֹבֵב
הוֹלֵךְ הָרוּחַ וְעַל־סְבִיבֹתָיו שָׁב הָרוּחַ׃
7 כָּל־הַנְּחָלִים הֹלְכִים אֶל־הַיָּם וְהַיָּם אֵינֶנּוּ מָלֵא
אֶל־מְקוֹם שֶׁהַנְּחָלִים הֹלְכִים שָׁם הֵם שָׁבִים לָלָכֶת׃
8 כָּל־הַדְּבָרִים יְגֵעִים לֹא־יוּכַל אִישׁ לְדַבֵּר לֹא־
תִשְׂבַּע עַיִן לִרְאוֹת וְלֹא־תִמָּלֵא אֹזֶן מִשְּׁמֹעַ׃
9 מַה־שֶּׁהָיָה הוּא שֶׁיִּהְיֶה וּמַה־שֶּׁנַּעֲשָׂה הוּא
שֶׁיֵּעָשֶׂה וְאֵין כָּל־חָדָשׁ תַּחַת הַשָּׁמֶשׁ׃
10 יֵשׁ דָּבָר שֶׁיֹּאמַר רְאֵה־זֶה חָדָשׁ הוּא כְּבָר הָיָה
לְעֹלָמִים אֲשֶׁר הָיָה מִלְּפָנֵנוּ׃
11 אֵין זִכְרוֹן לָרִאשֹׁנִים וְגַם לָאַחֲרֹנִים שֶׁיִּהְיוּ לֹא־
יִהְיֶה לָהֶם זִכָּרוֹן עִם שֶׁיִּהְיוּ לָאַחֲרֹנָה׃
12 אֲנִי קֹהֶלֶת הָיִיתִי מֶלֶךְ עַל־יִשְׂרָאֵל בִּירוּשָׁלָםִ׃
13 וְנָתַתִּי אֶת־לִבִּי לִדְרוֹשׁ וְלָתוּר בַּחָכְמָה עַל כָּל־
אֲשֶׁר נַעֲשָׂה תַּחַת הַשָּׁמָיִם הוּא ׀ עִנְיַן רָע נָתַן
אֱלֹהִים לִבְנֵי הָאָדָם לַעֲנוֹת בּוֹ׃
14 רָאִיתִי אֶת־כָּל־הַמַּעֲשִׂים שֶׁנַּעֲשׂוּ תַּחַת הַשָּׁמֶשׁ
וְהִנֵּה הַכֹּל הֶבֶל וּרְעוּת רוּחַ׃

LIBER ECCLESIASTES.

CAP. I.

1 VErba Eccleſiaſtes filij Da-
A uid regis Hieruſalem.
2 * Vanitas vanitatũ, di- Infra.
xit Eccleſiaſtes: vanitas va
nitatũ & omnia vanitas.
3 * Quid habet amplius
homo de vniuerſo labore ſuo quo laborat
4 ſub ſole? * Generatio præterit, & genera-
tio aduenit, terra autem in æternum ſtat.
5 * Oritur ſol & occidit, & ad locum
6 ſuum reuertitur, ibiq; renaſcens, * Gyrat
per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem.
Luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiri-
7 tus, & in circulos ſuos reuertitur. * Omnia
B flumina intrant in mare, & mare non re-
dundat. Ad locum vnde exeunt flumina,
8 reuertuntur, vt iterum fluant. * Cunctæ
res difficiles, nõ poteſt eas homo explicare
ſermone. Non ſaturatur oculus viſu, nec
9 auris auditu impletur. * Quid eſt quod Prou.
fuit? Ipſum quod futurum eſt. Quid eſt
quod factum eſt? Ipſum quod faciendum
eſt. Nihil ſub ſole nouum.
10 * Nec valet quiſquam dicere, Ecce hoc
recens eſt. Iam enim præceſſit in ſeculis
quæ fuerunt ante nos.
11 * Non eſt priorum memoria, ſed nec
C eorum quidẽ quæ poſtea futura ſunt, erit
recordatio apud eos qui futuri ſunt in no-
uiſsimo.
12 * Ego Eccleſiaſtes fui rex Iſrael in Hie-
13 ruſalem. * Et propoſui in animo meo
quærere & inueſtigare ſapienter de omni-
bus quæ fiunt ſub ſole. Hanc occupationẽ
peſsimam dedit Deus filiis hominum, vt
occuparentur in ea.
14 * Vidi quæ fiunt cuncta ſub ſole: & ecce
vniuerſa vanitas & afflictio ſpiritus.

ECCLESIASTES.

CAP. I.

VErba Eccleſiaſtæ filij Dauid 1
regis Iſrael in Hieruſalem.
** Vanitas vanitatũ, dixit* 2
Eccleſiaſtes: vanitas vanita-
*tum, omnia vanitas. * Quæ* 3
abundantia homini in omni
labore ſuo quo laborat ſub ſole?
** Generatio vadit & generatio venit, &* 4
terra in ſeculum ſtetit.
** Et oritur ſol, & occidit ſol, & in locum* 5
ſuum trahit, oriens ipſe illic,
** Vadit ad Notum, & circuit ad Boream:* 6
circuit circuens, vadit ſpiritus, & ad circulos
ſuos conuertitur ſpiritus.
** Omnes torrentes eunt ad mare, & mare* 7
non eſt repletum. Ad locum quò torrentes va-
dunt, illuc ipſi conuertuntur ad eundum.
** Omnes ſermones implicati, non poterit vir* 8
ad loquendum, & non replebitur oculus viſu,
& non replebitur auris ab auditu.
** Quid quod fuit? ipſum quod futurum eſt.* 9
& quid quod factum eſt? ipſum faciendum: &
non eſt omne recens ſub ſole.
** Qui loquetur & dicet: Ecce hoc nouum* 10
eſt, iam fuerunt in ſeculis quæ fuerunt ab ante
nos.
** Non eſt memoria primis, & ſaltem vl-* 11
timis factis non eſt eis memoria cum futuris in
nouiſſimo.
** Ego Eccleſiaſtes fui rex ſuper Iſrael in Hie-* 12
ruſalem.
** Et dedi cor meum ad exquirendum & ad* 13
DEus patrũ & Domine misericordiæ, qui fecisti omnia in verbo tuo, ‡ *Et sapientia tua constituisti hominem, vt dominaretur à te factarum creaturarum:*

‡ *Et disponat mundum in æquitate & iustitia, et in directione animæ iudicium iudicet:* ‡ *Da mihi tuarum sedium assistricem sapientiam; & ne me reprobaueris à pueris tuis.*

‡ *Quia ego seruus tuus, et filius ancillæ tuæ, homo infirmus & exigui temporis, & minor in intellectu iudicij & legũ.* ‡ *Etsi enim quis fuerit consummatus inter filios hominum, ea quæ est à te sapientia absente, in nihilum computabitur.*

‡ *Tu me elegisti regem populi tui, & iudicem filiorum tuorum & filiarum.*

‡ *Dixisti, ædificare templum in monte sancto tuo, et in ciuitate habitationis tuæ altare, similitudinem tabernaculi sancti, quod præparasti ab initio.*

‡ *Et tecum sapientia, quæ nouit opera tua, & quæ affuit, quando fecisti mundum; & quæ scit, quid placitũ in oculis tuis, & quid directũ in præceptis tuis.*

‡ *Emitte illam de sanctis cælis, & à sede gloriæ tuæ mitte illam, vt præsens mihi laboret, & sciam quid acceptum est apud te.* ‡ *Scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis sobriè, & custodiet me in gloria sua.* ‡ *Et erunt accepta opera mea, & disponam populũ tuum iustè, & ero dignus sedium patris mei.* ‡ *Quis enim hominũ cognoscet cõsiliũ Dei, aut quis cogitabit quid vult Deus?*

‡ *Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ.*

ϑ΄.

1 ‡ Θεὲ πατέρων & κύριε τοῦ ἐλέους
ὁ ποιήσας τὰ πάντα ἐν λόγῳ σου·
2 ‡ καὶ τῇ σοφίᾳ σου κατασκευάσας
τὸν ἄνθρωπον, ἵνα δεσπόζῃ τῶν ὑπὸ
σοῦ γενομένων κτισμάτων·
3 ‡ καὶ διέπῃ τὸν κόσμον ἐν ὁσιότητι
καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ ἐν εὐθύτητι ψυ-
χῆς κρίσιν κρίνῃ·
4 ‡ δός μοι τὴν τῶν σῶν θρόνων πάρε-
δρον σοφίαν, & μή με ἀποδοκιμάσῃς
ἐκ παίδων σου.
5 ‡ ὅτι ἐγὼ δοῦλός σος & υἱὸς τῆς
παιδίσκης σου, ἄνθρωπος ἀσθενὴς
καὶ ὀλιγοχρόνιος, & ἐλάσσων ἐν συ-
νέσει κρίσεως καὶ νόμων.
6 ‡ κἂν γάρ τις ᾖ τέλειος ἐν υἱοῖς
ἀνθρώπων, τῆς ἀπὸ σοῦ σοφίας ἀπού-
σης εἰς οὐδὲν λογισθήσεται.
7 ‡ σύ με προεῖλω βασιλέα λαοῦ
σου, καὶ δικαστὴν υἱῶν σου καὶ θυγα-
τέρων.
8 ‡ εἶπας, οἰκοδομῆσαι ναὸν ἐν ὄρει
ἁγίῳ σου, καὶ ἐν πόλει κατασκηνώ-
σεώς σου θυσιαστήριον, μίμημα σκη-
νῆς ἁγίας ἣν προητοίμασας ἀπ'
ἀρχῆς.
9 ‡ καὶ μετ' σοῦ ἡ σοφία ἡ εἰδυῖα τὰ
ἔργα σου, & παροῦσα ὅτε ἐποίησας
τὸν κόσμον, & συνεπιφθύσα, τί ἀρεστὸν
ἐν ὀφθαλμοῖς σου, καὶ τί εὐθὲς ἐν
ἐντολαῖς σου.
10 ‡ ἐξαπόστειλον αὐτὴν ἐξ ἁγίων
οὐρανῶν, & ἀπὸ θρόνου δόξης σου πέμ-
ψον αὐτήν, ἵνα συμπαρουσά μοι
κοπιάσῃ & γνῶ τί εὐάρεστόν ἐστι πα-
ρά σοι.
11 ‡ οἶδε γὰρ ἐκείνη τὰ πάντα, καὶ
συνιεῖ, καὶ ὁδηγήσει με ἐν τοῖς
πράξεσί μου σωφρόνως, καὶ φυλάξει με ἐν τῇ δόξῃ αὐτῆς.
12 ‡ & ἔσονται προσδεκτὰ τὰ ἔργα μου,
καὶ διακενῶ τὸν λαὸν σου δικαίως, &
ἔσομαι ἄξιος θρόνων πατρός μου.
13 ‡ τίς γὰρ ἀνθρώπων γνώσεται βου-
λὴν θεοῦ; ἢ τίς ἐνθυμηθήσεται τί θέ-
λει ὁ θεός;
14 ‡ λογισμοὶ γὰρ θνητῶν δειλοί,
καὶ ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι ἡμῶν.

CAP. IX.

1 A DEus patrum meorum, & Domine misericordiæ, qui
2 fecisti omnia verbo tuo: ‡ Et sapientia tua constituisti hominem vt dominaretur creatu-
3 ræ, quæ à te facta est; ‡ Vt disponat orbem terrarum in æquitate, & iustitia, & in directione cordis iudiciũ iudicet:
4 ‡ Da mihi sedium tuarũ assistricem sapientiã, & noli me reprobare à pueris tuis.
5 ‡ Quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillę tuę, homo infirmus & exigui temporis, & minor ad intellectum iudi-
6 cij & legum. ‡ Et si quis erit consummatus inter filios hominum, si abfuerit ab illo sa-
B pientia tua, in nihilum computabitur.
7 ‡ Tu autem elegisti me regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum & filiarum.
8 ‡ Et dixisti me ædificare templũ in monte sancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, similitudinẽ tabernaculi sancti tui, quod præpara-
9 sti ab initio. ‡ Et tecum sapientia tua, quæ nouit opera tua, qnæ & affuit tunc, cùm orbem terrarũ faceres; & sciebat quid esset placitum oculis tuis, & quid directum in
10 præceptis tuis. ‡ Mitte illam de cælis sanctis tuis, & à sede
C magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret, vt sciam quid acceptum sit apud te.
11 ‡ Scit enim illa omnia & intelligit, & deducet me in operibus meis sobriè, & custodiet me in sua potentia.
12 ‡ Et erunt accepta opera mea, & disponam populum tuum iustè, & ero dignus sedium patris mei.
13 ‡ Quis enim hominũ poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus?
14 ‡ Cogitationes enim mortalium timidę, & iucertæ prouidentiæ nostræ.

15 ‡ φθαρτὸν γὰρ σῶμα βαρύνει
ψυχὴν, καὶ βαθεῖ τὸ γεῶδες σκῆ-
νος νοῦν πολυφρόντιδα.
16 ‡ καὶ μόλις εἰκάζομεν τὰ ἐπὶ
γῆς, & τὰ ἐν χερσὶν εὑρίσκομεν μετὰ
πόνου· τὰ δὲ ἐν οὐρανοῖς τίς ἐξιχνίασε;
17 ‡ βουλὴν δέ σου τίς ἔγνω; εἰ μὴ
σὺ ἔδωκας σοφίαν, καὶ ἔπεμψας τὸ
ἅγιόν σου πνεῦμα ἀπὸ ὑψίστων,
18 ‡ καὶ ἔτως διωρθώθησαν αἱ τρί-
βοι τῶν ἐπὶ γῆς, καὶ τὰ ἀρεστά σοι
ἐδιδάχθησαν ἄνθρωποι.
19 ‡ καὶ τῇ σοφίᾳ ἐσώθησαν.

ι΄.

1 ‡ Αὕτη πρωτόπλαστον πατέρα
κόσμου μόνον κτισθέντα διεφύλαξε.
2 ‡ καὶ ἐξείλατο αὐτὸν ἐκ παρα-
πτώματος ἰδίου, ἔδωκέ τε αὐτῷ ἰσχὺν
κρατῆσαι ἁπάντων.
3 ‡ ἀποστὰς δὲ ἀπ' αὐτῆς ἄδικος
ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, ἀδελφοκτόνοις στυ-
γνότητι θυμοῖς· 4 ‡ δι' ὃν κατακλυζο-
μένην γῆν πάλιν ἔσωσε σοφία, διὰ ξύ-
λου τὸν δίκαιον κυβερνήσασα.
‡ αὕτη & ἐν ὁμονοίᾳ πονηρίας
5 ἐθνῶν συγχυθέντων ἔγνω τὸν δίκαιον,
καὶ ἐτήρησεν αὐτὸν ἄμεμπτον τῷ θεῷ,
& ἐπὶ τέκνῳ σπλάγχνοις ἰσχυρὸν ἐ-
φύλαξεν. 6 ‡ αὕτη δίκαιον ἐξαπολ-
λυμένων ἀσεβῶν ἐρρύσατο φυγόντα
καταβάσιον πῦρ πενταπόλεως.
7 ‡ ἧς ἔτι μαρτύριον ἡ πονηρία
καπνιζομένη καθέστηκε χέρσος, καὶ
ἀτελέσιν ὥραις καρποφοροῦντα φυ-
τά, ἀπιστούσης ψυχῆς μνημεῖον ἑστη-
κυῖα στήλη ἁλός.
8 ‡ σοφίαν γὰρ παροδεύσαντες οὐ
μόνον ἐβλάβησαν τοῦ μὴ γνῶναι τὰ
καλά, ἀλλὰ & τῆς ἑαυτῶν ἀφεσύ-
νης ἀπέλειπον τῷ βίῳ μνημόσυνον,
ἵνα ἐν οἷς ἐσφάλησαν μὴ δυνηθῶσι
λαθεῖν.
9 ‡ σοφία δὲ σῴζει θεραπεύουσα
πάθους ἐν πόνῳ ἐρρύσατο.
10 ‡ αὕτη φυγάδα ὀργῆς ἀδελφοῦ
δίκαιον ὡδήγησεν ἐν τρίβοις ἀθείοις,
ἔδειξεν αὐτῷ βασιλείαν θεοῦ, & ἔδωκεν αὐτὸν ἐν μόχθοις & ἐπλήθυνε
σοῦ πόνους αὐτοῦ.

15 ‡ *Corruptibile enim corpus aggrauat animam, & onerat terrena habitatio mentẽ mul-*
16 *ta cogitantẽ.* ‡ *Et vix imaginamur quæ in terra, et quæ in manibus inuenimus cũ labore: quæ autẽ in cælis, quis*
17 *inuestigauit?* ‡ *Consilium autem tuum quis nouit? nisi tu dederis sapiẽtiam, & miseris sanctum tuum spiritum*
18 *de altissimis?* ‡ *Et sic correctæ sunt semitæ eorum qui in terra, & placita tibi docti*
19 *fuerũt homines.* ‡ *Et sapiẽtia saluati sunt.* CAP. X.

1 *HÆc primo formatũ patrem mundi, cùm solus esset creatus, custodiuit.*
2 ‡ *Et eduxit illum à delicto suo, dedítque illi fortitudinẽ*
3 *continendi omnia.* ‡ *Vt recessit aũt ab ea iniustus in ira sua, fratricidialibus deperijt*
4 *furoribus;* ‡ *Propter quem inundatã terrã iterũ saluauit sapientia, per contemptibile*
5 *lignũ iustũ gubernans.* ‡ *Hæc & in consensu nequitiæ gentium confusarũ nouit iustum, et cõseruauit ipsum sine querela Deo, & in filij viscerи-*
6 *bus fortem custodiuit.* ‡ *Hæc iustum pereuntibus impijs liberauit fugientem descendẽ-*
7 *tem ignẽ pentapolis.* ‡ *Cuius adhuc testimoniũ nequitiæ fumigabũda cõstitit deserta terra, & imperfectis tẽporibus fructus ferẽtes plantæ, incredulæ animæ memoria stãs colũ-*
8 *na salis.* ‡ *Sapientiã enim prætereuntes, nõ tantũ læsi sunt, quòd nõ cognouerũt bona, sed & suæ insipientiæ reliquerũt in vita memoriã, vt in quibus errauerunt neque latere*
9 *potuissent.* ‡ *Sapientia autem venerãtes illã, à doloribus li-*
10 *berauit.* ‡ *Hæc profugum iræ fratris iustũ deduxit in semitis rectis, ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiã sanctorũ, locupletauit illum in laboribus, & multiplicauit labores illius.*

Translat. B. Hieron. CAP. X.

15 D ‡ Corpus enim quod corrũpitur, aggrauat animã, & terrena inhabitatio deprimit sen
16 sum multa cogitantem. ‡ Et difficile æstimamus quæ in terra sunt, & quæ in conspectu sunt, inuenimus cum labore. quæ in cælis sunt aũt, quis inuestigabit? ‡ Sensum aũt tuũ
17 quis sciet, nisi tu dederis sapiẽtiam, & miseris spiritũ sanctũ tuũ de altissimis? ‡ Et si correctæ sint semitæ corũ qui sunt
18 in terris, & quæ tibi placẽt didicerint homines. ‡ Nam per
19 sapientiam sanati sunt, quicunque placuerũt tibi à principio. CAP. X.

1 HÆc, illũ qui primus formatus est à Deo pater or-
A bis terrarum, cùm solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illũ à delicto suo. ‡ Et eduxit
2 illũ de limo terræ, & dedit illi virtutẽ continẽdi omnia. ‡ Ab
3 hac vt recesit iniustus in ira sua, per iram homicidij fraternitas deperijt. ‡ Propter quod
4 cũ aqua deleret terrã, sanauit iterũ sapiẽtia, per contẽptibile lignũ iustum gubernãs. ‡ Hæc
5 & in cõsensu superbię, cùm se nationes extulissent, sciuit iustum, & conseruauit sine querela Deo, & in filijs misericordiam fortẽ custodiuit. ‡ Hæc
6 B iustũ à pereuntibus impijs liberauit fugientẽ descendentẽ ignem in pentapolim. ‡ Quibus in testimonium nequitiæ
7 fumigabunda constat deserta terra, & incerto tẽpore fructus habẽtes arbores, & incredibilis animę memoria stãs figmẽtũ salis. ‡ Sapientiã enim præ-
8 tereũtes nõ tantũ in hoc lapsi sunt, vt ignorarẽt bona, sed & insipientiæ suę reliquerũt hominibus memoriã, vt in his q̃ peccauerunt, nec latere potuis-
9 sent. ‡ Sapientia aũt hos qui se obseruant, à doloribus liberabit. ‡ Hæc aũt profugum iræ
10 fratris iustũ deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi sciẽtiam sanctorum: honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius.

In superioritate inualescẽtiam in eum affuit, et ditauit illum. *Custodiuit illum ab inimicis, & ab insidiatoribus tutata est; et certamẽ forte vincere dedit illi, vt sciret, quoniam omniũ potentior est religio. *Hæc venditum iustum non dereliquit, sed à peccãto liberauit illum; descẽdit cum illo in lacum. *Et in vinculis non dimisit illũ, donec attulit illi sceptra regni, & potentiam imperantium ei: mendaces aũt ostendit eos qui vituperauerunt illum, et dedit illi gloriam æternam.

*Hæc populum iustum & semen sine defectu liberauit à natione prementium. *Intrauit in animam serui Dñi, & stetit cõtra reges horrendos in portentis & signis. *Reddidit iustis mercedem pietatis laborum suorum. deduxit eos in via mirabili, & fuit illis in velamentum die, & in flammã stellarũ nocte. *Transtulit illos per mare rubrum, & transuexit illos per aquam nimiam. *At inimicos illorum demersit, & à profunditate abyssi eduxit illos. *Ideo iusti expoliauerũt impios, & decãtauerunt Domine nomen sanctum tuum, & victricẽ tuam manũ laudauerũt pariter. *Quoniam sapiẽtia aperuit os mutorum; & linguas infantium posuit disertas.

CAP. XI.

*Direxit opera eorum in manu prophetæ sancti.

*Iter fecerunt per desertũ quod non habitatur, et in inaccessibilibus fixerunt tabernacula.

*Steterunt contra hostes, & inimicos vlti sunt.

*Sitierunt & inuocauerũt te, & data est illis de petra abrupta aqua, & sanitas sitis de lapide duro. *Per quæ enim cruciati sunt inimici illorum,

* ἐν πλεονεξίᾳ καταχυσίλων αὐτὸν παρέξη, καὶ ἐπλέπισεν αὐτόν.

* διεφύλαξεν αὐτὸν ἀπὸ ἐχθρῶν, καὶ ἀπὸ ἐνεδρευόντων ἠσφάλισε· καὶ ἀγῶνα ἰσχυρὸν ἐβράβευσεν αὐτῷ, ἵνα γνῷ, ὅτι παντὸς δυνατώτερόν ἐστιν ἡ εὐσέβεια.

* αὕτη περαθεῖσα δίκαιον οὐκ ἐγκατέλειπεν, ἀλλ' ἐξ ἁμαρτίας ἐρρύσατο αὐτόν· συνκατέβη αὐτῷ εἰς λάκκον. * καὶ ἐν δεσμοῖς οὐκ ἀφῆκεν αὐτόν, ἕως ἤνεγκεν αὐτῷ σκῆπτρα βασιλείας καὶ ἐξουσίαν τυραννούντων αὐτοῦ· ψευδεῖς δὲ ἔδειξε τοὺς μωμησαμένους αὐτόν, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ δόξαν αἰώνιον.

* αὕτη λαὸν ὅσιον καὶ σπέρμα ἄμεμπτον ἐρρύσατο ἐξ ἔθνους θλιβόντων. * εἰσῆλθεν εἰς ψυχὴν θεράποντος κυρίου, καὶ ἀντέστη βασιλεῦσι φοβεροῖς ἐν τέρασι καὶ σημείοις.

* ἀπέδωκεν ὁσίοις μισθὸν ὁσιότητος κόπων αὐτῶν· ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐν ὁδῷ θαυμαστῇ, καὶ ἐγένετο αὐτοῖς εἰς σκέπην ἡμέρας, καὶ εἰς φλόγα ἀστέρων τὴν νύκτα. * διεβίβασεν αὐτοὺς θάλασσαν ἐρυθρὰν, καὶ διήγαγεν αὐτοὺς διὰ ὕδατος πολλοῦ.

* τοὺς δὲ ἐχθροὺς αὐτῶν κατέκλυσε, καὶ ἐκ βάθους ἀβύσσου ἀνέβρασεν αὐτούς.

* διὰ τοῦτο δίκαιοι ἐσκύλευσαν ἀσεβεῖς, καὶ ὕμνησαν κύριε τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου, τὴν ὑπέρμαχόν σου χεῖρα ἤνεσαν ὁμοθυμαδόν·

* ὅτι ἡ σοφία ἤνοιξε στόμα κωφῶν, καὶ γλώσσας νηπίων ἔθηκε τρανάς.

ια'.

* Εὐώδωσε τὰ ἔργα αὐτῶν ἐν χειρὶ προφήτου ἁγίου.

* διώδευσαν ἔρημον ἀοίκητον, καὶ ἐν ἀβάτοις ἔπηξαν σκηνάς.

* ἀντέστησαν πολεμίοις, καὶ ἐχθροὺς ἠμύναντο.

* ἐδίψησαν καὶ ἐπεκαλέσαντό σε, καὶ ἐδόθη αὐτοῖς ἐκ πέτρας ἀκροτόμου ὕδωρ, καὶ ἴαμα δίψης ἐκ λίθου σκληροῦ. * δι' ὧν γὰρ ἐκολάσθησαν οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν,

* In fraude circumuenientiũ illum affuit illi, & honestum fecit illum. *Custodiuit illũ ab inimicis, & à seductoribus tutauit illũ, & certamen forte dedit illi vt vinceret, & sciret quoniã omniũ potẽtior est sapientia. *Hæc venditũ iustũ nõ dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eũ, descenditque cũ illo in foueam. *Et in vinculis nõ dereliquit illũ, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiã aduersus eos, qui eũ deprimebãt, & mẽdaces ostẽdit qui maculaueruut illũ, & dedit illi claritatem æternam.

*Hæc populũ iustũ, & semẽ sine querela, liberauit à nationibus, quæ illũ deprimebant. *Intrauit in animã serui Dei, & stetit cõtra reges horrendos in portẽtis & signis. *Et reddidit iustis mercedẽ laborum suorum, & deduxit illos in via mirabili, & fuit illis in velamẽto diei, & in luce stellarum per noctẽ. *Et transtulit illos per mare rubrũ, & transuexit illos per aquã nimiã. *Inimicos aũt illorũ demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. *Ideò iusti tulerũt spolia impiorũ, & decantauerunt, Dñe, nomen sanctũ tuũ, & victricẽ manũ tuã laudauerunt pariter. *Quoniã sapientia aperuit os mutorũ, & linguas infantium fecit disertas.

CAP. XI.

*Direxit opera eorũ in manibus prophetæ sancti.

*Iter fecerũt per desertã, quę non habitantur, & in locis desertis fecerunt casas.

*Steterunt contra hostes, & de inimicis se vindicauerunt.

*Sitierunt & inuocauerunt te, & data est illis aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide duro.

*Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum à defectione potus sui, in eis cùm abundarent filij Israel, lætati sunt:

*Per hæc cùm illis deessent, bene cum illis actum est.

*Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti iniustis. *Qui cùm minuerentur in traductione infantium occisorum, dedisti illis abundantem aquam inspperatè; *Ostendens per sitim quæ tunc fuit, quemadmodũ tuos exaltares, & aduersarios illorũ necares. *Cùm enim tentati sunt, & aduersarios cum misericordia disciplinã accipiẽtes, scierunt, quemadmodũ cũ ira iudicati impij tormenta paterentur. *Hos quidé tanquam pater monens, probasti; illos aũt tanquã durus rex interrogans, cõdemnasti. *Absentes enim & pśentes similiter torquebãtur. *Duplex enim illos acceperat tædiũ & gemitus cũ memoria præteritorũ. *Cùm enim audirẽt per sua torméta bene secum agi, cómemorati sunt Dñm, admirantes in fine exitus. *Quem enim in expositione praua, piectum deriserũt, in finẽ euẽtus mirati sunt: nõ similiter iustis faciens. *Pro cogitationibus autẽ insensatis, iniquitates illorum. Quòd quidã errãtes colebant mutos serpentes, & bestias superuacuas, immisisti illis multitudinẽ mutorũ animalium in vindictam; *Vt scirent, quia per quæ peccat qs, per hæc & torquetur. *Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbẽ terrarũ ex materia inuisa, immittere illis multitudinẽ vrsorum, aut audaces leones;

*Aut noui generis ira plenas & ignotas bestias, aut vaporem igneum spirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes.

*Quarum non solùm læsura poterat illos exterminare, sed & aspectus per timorẽ occidere.

SAPIENTIA.

* διὰ τούτων αὐτοὶ ἀπροσδοκήτως εὐεργετήθησαν.

* ἀντὶ μὲν πηγῆς ἀενάου ποταμοῦ αἵματι λυθρῷ δεῖ ταραχθέντες εἰς ἔλεγχον νηπιοκτόνου διατάγματος, ἔδωκας αὐτοῖς δαψιλὲς ὕδωρ ἀνέλπιστον.

* δείξας διὰ τοῦ τότε δίψας πῶς σοῦ τοὺς ἐναντίους ἐκόλασας.

* ὅτε γὰρ ἐπειράσθησαν, καίπερ ἐν ἐλέει παιδευόμενοι, ἔγνωσαν πῶς ἐν ὀργῇ κρινόμενοι ἀσεβεῖς ἐβασανίζοντο.

* τοὺς μὲν γὰρ ὡς πατὴρ νουθετῶν ἐδοκίμασας, ἐκείνους δ' ὡς ἀπότομος καὶ βασιλεὺς καταδικάζων ἐξήτασας.

* καὶ ἀπόντες δὲ καὶ παρόντες ὁμοίως ἐτύγχανον.

* διπλῆ γὰρ αὐτοὺς ἔλαβε λύπη, καὶ στεναγμὸς μνημοσύνων τῶν παρελθόντων.

* ὅτε γὰρ ἤκουσαν διὰ τῶν ἰδίων κολάσεων εὐεργετούμενοι αὐτούς, ἤσθοντο δὲ κυρίου.

* ὃν γὰρ ἐν ἐκθέσει πάλαι ῥιφθέντα ἀπέπιον χλευάζοντες, ἐπὶ τέλει τῶν ἐκβάσεων ἐθαύμασαν, οὐχ ὁμοία δικαίοις διηγήσαντες.

* διὰ τὸ λογισμοὺς ἀσυνέτων ἀδίκους αὐτῶν, ἐν οἷς πλανηθέντες ἐθρήσκευον ἄλογα ἑρπετὰ, καὶ κνώδαλα εὐτελῆ· ἐπαπέστειλας αὐτοῖς πλῆθος ἀλόγων ζώων εἰς ἐκδίκησιν,

* ἵνα γνῶσιν, ὅτι δι' ὧν τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων κολάζεται.

* οὐ γὰρ ἠπόρει ἡ παντοδύναμός σου χεὶρ, ἣ κτίσασα τὸν κόσμον ἐξ ἀμόρφου ὕλης, ἐπιπέμψαι αὐτοῖς πλῆθος ἄρκτων, ἢ θαρσεῖς λέοντας,

* ἢ νεοκτίστους θυμοῦ πλήρεις θῆρας ἀγνώστους, ἢ τινα πυρπνόον φυσῶντας αἶθμα, ἢ βρόμου λιμοῦ μύδρους καπνοῦ, ἢ δεινὰς ἀπ' ὀμμάτων ἀστραπὰς ἀφιέντας.

* ὧν οὐ μόνον ἡ βλάβη ἠδύνατο σωματελύσαι αὐτούς, ἀλλὰ καὶ ἡ ὄψις ἐκφοβήσασα διωλέσαι.

6 *Per hæc ipsi indigentes
7 beneficium acceperunt. *Pro quidem fonte sempiterni fluminis sanguine cruẽto turbati in correptionem infantium occisoris præcepti, dedisti illis abundantem aquam inspera-
9 tè: *Ostendens per quæ tunc fuit sitim, quẽadmodum ad-
10 uersarios punisti. *Cùm enim tentati sunt quamuis in misericordia disciplinam accipientes, scierunt quemadmodum in ira iudicati impij tor-
11 mẽta patiebantur. *Hos quidem tanquã pater monẽs probasti, illos aũt tanquã durus rex condemnans examinasti.
12 *Et absentes autem & præsentes similiter torque-
13 bantur. *Duplex enim illos acceperat tædiũ & gemitus memoriarum præteritorum.
14 *Cùm enim audierũt per propria tormẽta beneficio affectos se, senserunt Dominũ.
15 *Quem enim in expositione quõdam proiectum abnegauerunt subsannantes, in finẽ euentorum mirati sunt, non similia iustis sitientes.
16 *Pro autem cogitationibus sine intellectu iniquitates illorum: in quibus errantes colebant irrationalia reptilia, et bestias viles, immisisti illis multitudinem irrationalium animalium in vin-
17 dictam: *Vt scirent, quòd per quæ quis peccat, per hæc
18 torquetur. *Non enim impotens erat omnipotens tua manus, & quæ creauit mundum ex informi materia, immittere illis multitudinem vrsorum aut audaces leones,
19 *Aut nouiter creatæ iræ plenas bestias ignotas, aut igniuomum spirãtes halitum, aut sonitum ventilati fumi, aut horrendas ab oculis scintillas more fulgurum emittentes.
20 *Quarum non solùm læsura poterat exterminare illos, sed & aspectus timorem incutiens perdere.

* *Et sine autem his, vno spiritu cadere poterant à pœna persecutionem passi, & dispersi ab spiritu virtutis tuæ. sed omnia mensura, & numero, & pondere dispossuisti.* * *Nam multũ valere tibi adest semper, & robori brachij tui quis resistet?*
* *Quoniam tanquã momẽtum ex stateris totus mũdus ante te, & tanquã gutta roris matutina, quæ descendit in terram.* * *Misereris autẽ omniũ, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominũ ad pœnitentiam.* * *Diligis enim quæ sunt omnia, & nihil abominaris eorum quæ fecisti, neq; enim odiens aliquid cõstituisti.* * *Quomodo autem permansisset aliquid, nisi tu voluisses? aut non vocatum à te conseruaretur?*
* *Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt, Domine, animarum amator.*

CAP. XII.

NAm incorruptibilis tuus spiritus est in omnibus.
* *Ideo eos qui aberrant, paulatim corripis, & in quibus peccauerint, in memoriã ducens admones, vt liberati à malitia, credãt in te Domine.*
* *Etenim antiquos habitatores sanctæ tuæ terræ odio habens:* * *Eò quòd odibilia facerent opera medicamentorum, & sacrificia nõ sancta,*
* *Filiorumq; necatores immisericordes, & viscerũ comestores humanarũ carnium:*
* *Et deuoratorem sanguinis de medio sacramenti diuini tui, & principes parẽtes animarũ inauxiliatarũ, voluisti perdere per manus patrũ nostrorũ.* * *Vt dignã peregrinationẽ reciperet Dei puerorum quæ apud te omniũ charissima terra.* * *Sed & his tanquã hominibus pepercisti, misistique antecursores exercitus tui vespas, vt eos paulatim exterminarent.*

* Ἐὰν χωρὶς ᾖ τούτων, οὐ πνεύματι πεσεῖν ἠδυήσαντο ὑπὸ σ δίκης διωχθέντες, ἐ λικμηθέντες ὑπὸ πνεύματος δυνάμεώς σου· ἀλλὰ πάντα μέτρῳ ἐ ἀριθμῷ ἐ σταθμῷ διέταξας.
* τὸ γὰρ μεγάλως ἰσχύειν σε πάρεστι πάντοτε, καὶ κράτει βραχίονός σου τίς ἀντιστήσεται;
* ὅτι ὡς ῥοπὴ ἐκ πλαστίγγων ὅλος ὁ κόσμος ἐναντίον σου, ἐ ὡς ῥανὶς δρόσου ὀρθρινὴ κατελθοῦσα ἐπὶ τὴν γῆν.
* ἐλεεῖς δὲ πάντας ὅτι πάντα δύνασαι, ἐ παρορᾷς ἁμαρτήματα ἀνθρώπων εἰς μετάνοιαν.
* ἀγαπᾷς γὰρ τὰ ὄντα πάντα, καὶ οὐδὲν βδελύσσῃ ὧν ἐποίησας, οὐδὲ γὰρ ἂν μισῶν τι κατεσκεύασας.
* πῶς δὲ ἔμεινεν ἄν τι εἰ μὴ σὺ ἠθέλησας; ἢ τὸ μὴ κληθὲν ὑπὸ σοῦ διετηρήθη;
* φείδῃ δὲ πάντων, ὅτι σά ἐστι δέσποτα φιλόψυχε.

ιβ.

* Τὸ γὰρ ἄφθαρτόν σου πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσι.
* διὸ σὺ ὀλιγοπίπτοντας κατ' ὀλίγον ἐλέγχεις, ἐ ἐν οἷς ἥμαρτάνουσιν ὑπομιμνήσκων νουθετεῖς, ἵνα ἀπαλλαγέντες τῆς κακίας πιστεύσωσιν ἐπὶ σὲ κύριε.
* καὶ γὰρ σὺ παλαιὰς οἰκήτορας τῆς ἁγίας σου γῆς μισήσας,
* ἐπὶ τοῖς ἔχθιστα πράσσειν ἔργα φαρμακειῶν, καὶ τελετὰς ἀνοσίους·
* τέκνων τε φονέας ἀμειλήμονας, καὶ σπλαγχνοφάγους ἀνθρωπίνων σαρκῶν.
* καὶ θοίνας αἵματος ἐκ μέσου μύστας θείας σου, ἐ αὐτοὺς τοὺς γονεῖς ψυχῶν ἀβοηθήτων, ἐβουλήθης ἀπολέσαι διὰ χειρῶν πατέρων ἡμῶν.
* ἵνα ἀξίαν ἀποικίαν δέξηται θεοῦ παίδων ἡ χώρα ἡ σοὶ πασῶν τιμιωτάτη γῆ.
* ἀλλὰ καὶ τούτων ὡς ἀνθρώπων ἐφείσω, ἀπέστειλας τε προδρόμους σφηκῶν σου τὸ στρατόπεδον, ἵνα αὐτοὺς κατὰ βραχὺ ἐξολοθρεύσωσιν.

* Nam & sine his vno spiritu poterant occidi, persecutionẽ passi ab ipsis factis suis, & dispersi per spiritũ virtutis tuæ, sed omnia in mensura & numero & pondere dispossuisti.
* Multum enim valere tibi soli superat semper, & virtuti brachij tui quis resistet?
* Quoniã tanquã momentũ stateræ, sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, q descẽdit in terram.
* Et misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam.
* Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil eorũ odisti quæ fecisti, nec enim odiens aliquid constituisti, aut
fecisti.
* Quomodo autẽ posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conuersaretur?
* Parcis aũt omnibus, quoniam tua sunt, Domine, qui amas animas.

CAP. XII.

OQuàm bonus & suauis est, Dñe, spiritus tuus in
omnibus!
* Ideoq́ue hos qui exerrãt partibus, corripis, & de quibus peccãt, admones & alloqueris, vt relicta malitia credant in te Dñe:
* Illos enim antiquos inhabitatores terræ sanctæ tuæ, quos exhorrmisti.
* Quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina & sacrificia iniusta.
* Et filiorum suorũ necatores sine misericordia, & comestores
viscerum hominum.
* Et deuoratores sanguinis, & auctores parentes animarum inauxiliatarum, perdere voluisti à medio sacramento tuo per manus parentum nostrorum:
* Vt dignam perciperent
peregrinationẽ puerorũ Dei, quæ tibi omnium charior est
terra.
* Sed & his tanquam hominibus pepercisti, & misisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminarent.

* Non quia impotens eras in bello, subiicere impios iustis, aut bestiis seuis, aut verbo duro simul exterminare;
* Sed partibus iudicans, dabas locũ pœnitẽtiæ, non ignorãs, quoniam nequam est natio eorũ, & naturalis malitia ipsorum, & quoniã non poterat mutari cogitatio eorũ in perpetuum.
* Semen enim erat maledictum ab initio, nec timens aliquem, veniam dabas peccatis illorum.
* Quis enim dicet tibi, Quid fecisti? aut quis stabit cõtra iudicium tuum? aut quis in conspectu tuo veniet
vindex iniquorum hominũ? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes quas fecisti?
* Non est enim alius Deus quàm tu, cui cura est de omnibus, vt ostendas quoniam nõ iniustè iudicas iudicium.
* Neque rex, neque tyrannus in conspectu tuo inquirẽt de his quos perdidisti.
* Cùm ergo sis iust⁹, iustè omnia disponis, ipsum quoque qui nõ debet puniri, condemnas, & exterum æstimas à tua virtute.
* Virtus enim tua iustitiæ initiũ est, & ob hoc quòd omnium Dominus es, omnibus te parcere facis.
* Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute confirmatus, & hos qui te nesciunt, in audacia traducis.
* Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerẽtia disponis nos. subest enim tibi cùm volueris, posse.
* Docuisti enim populum tuum per talia opera, quoniã oportet iustum esse & humanum. & bonæ spei fecisti filios tuos, quoniam iudicans das locum in peccatis pœnitentiæ.
* Si enim inimicos seruorũ tuorum, & debitos morti cum tanta cruciasti attentione, & liberasti, dans tempus & locum per quæ possent mutari à malitia:

* οὐκ ἀδυνατῶν ἐν παρατάξει ἀσεβεῖς δικαίοις ὑποχειρίους δοῦναι, ἢ θηρίοις δεινοῖς, ἢ λόγῳ σκληρῷ ὑφ' ἓν ἐκτρίψαι.
* κείνων δὲ καθεσμαχὺ ἐδίδους τόπον μετανοίας, σὐκ ἀγνοῶν, ὅτι πονηρὰ ἡ γένεσις αὐτῶν ἐ ἔμφυτος ἡ κακία αὐτῶν, ἐ ὅτι οὐ μὴ ἀλλαγῇ ὁ λογισμὸς αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα.
* σπέρμα γὰρ ἦν κατηραμένον ἀπ' ἀρχῆς· οὐ δι' ἐ φοβούμενος τινα ἐφ' οἷς ἥμαρτανον, ἄδειαν ἐδίδους.
* τίς γὰρ ἐρεῖ, τί ἐποίησας; ἢ τίς ἀντιστήσεται τῷ κρίματί σου; τίς δὲ ἐγκαλέσει σοι κατ' ἐθνῶν ἀπολωλότων, ἃ σὺ ἐποίησας; ἢ τίς εἰς κατάστασίν σοι ἐλεύσεται ἔκδικος κατ' ἀδίκων ἀνθρώπων;
* ὅτε γὰρ θεός ἐστι πλὴν σοῦ, ᾧ μέλει περὶ πάντων, ἵνα δείξῃς ὅτι οὐκ ἀδίκως ἔκρινας.
* ὅτε βασιλεὺς ἢ τύραννος ἀντοφθαλμῆσαι δυνήσεταί σοι περὶ ὧν ἐκόλασας.
* δίκαιος δὲ ὢν δικαίως τὰ σὰ διέπεις, αὐτὸν τὸν μὴ ὀφείλοντα κολασθῆναι καταδικάσαι ἀλλότριον ἡγούμενος τῆς σῆς δυνάμεως.
* ἡ γὰρ ἰσχύς σου δικαιοσύνης ἀρχή, καὶ τὸ πάντων σε δεσπόζειν πάντων φείδεσθαί σε ποιεῖ.
* ἰσχὺν γὰρ ἐνδείκνυσαι ἀπιστουμένου ἐπὶ δυνάμεως τελειότητι, καὶ ἐν τοῖς εἰδόσι τὸ θαρσος ἐξελέγχεις.
* σὺ δὲ δεσπόζων ἰσχύος ἐν ἐπιεικείᾳ κρίνεις, καὶ μετὰ πολλῆς φειδοῦς διοικεῖς ἡμᾶς.
* πάρεστι γάρ σοι ὅταν θέλῃς τὸ δύνασθαι· ἐδίδαξας δέ σου τὸν λαὸν διὰ τῶν τοιούτων ἔργων, ὅτι δεῖ τὸν δίκαιον εἶναι φιλάνθρωπον· καὶ εὐέλπιδας ἐποίησας σοῦ υἱούς, ὅτι διδοὺς ἐπὶ ἁμαρτήμασι μετάνοιαν.
* εἰ γὰρ ἐχθροὺς παίδων σου ἐ ὀφειλομένους θανάτῳ μετὰ τοσαύτης ἐτιμωρήσω προσοχῆς, δι' ὧν χρόνον καὶ τρόπον δι' ὧν ἀπαλλαγῶσι τῆς κακίας·

* *Non quia impotens in acie impios iustis subditos dare, aut bestijs seuus, aut verbo duro simul exterminare.*
* *Iudicans autẽ paulatim dabas locum pœnitẽtiæ, non ignorans, quòd nequam generatio illorum & natiua malitia eorum, & quòd non mutaretur cogitatio illorum in*
perpetuũ. * *Semen enim erat maledictum ab initio: neque veritus aliquẽ in quibus peccauerũt, veniã dabas.* * *Quis enim dicet, Quid fecisti? aut quis resistet iudicio tuo? quis autem accusabit te de nationibus quæ perierunt, quas tu fecisti? aut quis in conspectũ tuum veniet vindex contra*
iniquos homines? * *Neque enim Deus est præter te, cui cura est de omnibus, vt ostendas quoniam non iniustè iudicasti.* * *Neque rex aut tyrannus resistere poterit tibi de*
quibus torsisti. * *Iustus autẽ existens iustè omnia disponis, ipsum qui non debet puniri condemnare exterum extimans à tua virtute.*
* *Nam vis tua iustitiæ initium, & omnium te dominari omnibus parcere te facit.*
* *Robur enim ostendis qui non crederis in virtutis consummatione, et in scientibus audaciam arguis.*
* *Tu autẽ dominator virtutis in æquitate iudicas, & cum multa parcitate gubernas nos.* * *Adest enim tibi cùm volueris posse; docuisti autem tuum populum per talia opera, quoniam oportet iustum esse humanum, & bonæ spei fecisti filios tuos, quoniam das in peccatis pœnitentiam.*
* *Si enim inimicos seruorum tuorum & debitos mortici cum tanta cruciasti attentione, dans tempus & modum per quæ mutarentur à malitia:*

* *Cum quanta diligentia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramẽta & conuentiones dedisti bonarum promissionum.* * *Nos ergo instruens, inimicos nostros in multitudine flagellas, vt tuã bonitatem curemus iudicantes; iudicati autem speremus misericordiam.* * *Vnde & eos qui in stultitia vitæ vixerunt iniustè, per proprias cruciasti abominationes.*

* *Etenim erroris vijs longius errauerũt, deos æstimantes quæ & in animalibus inimicorum vilia, infantium more stultorum decepti.*

* *Propter hoc tanquam pueris sine ratione iudicium in ludibrium misisti.*

* *Illi autem ludibrijs increpationis non correcti, dignum Dei iudicium experientur.*

* *In quibus enim ipsi patientes indignabantur, in his quos putabant deos, in ipsis puniti videntes quem olim negabant nosse, Deum agnouerũt verum: propterea & finis condemnationis in illos superuenit.*

CAP. XIII.

VAni quidem omnes homines natura, quibus adest Dei ignorantia, de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes agnouerunt artificem.

* *Sed aut ignem, aut spiritum, aut celerem aërem, aut gyrum stellarum, aut violentam aquam, aut luminaria cæli, rectores mundi deos putauerunt.*

* *Quorum si quidem specie delectati, hæc deos putauerunt, sciant quanto his Dñs est melior; nam speciei præcipuus generator creauit hæc.* * *Si autem virtute & operatione mirati, intelligant ab illis quanto qui constituit ipsa, potentior est.*

21 * μὴ πόσης ἀκριβείας ἔκρινας τοὺς υἱούς σου, ὧν τοῖς πατρώοις ὅρκοις καὶ συνθήκας ἔδωκας ἀγαθῶν ὑποσχέσεων·

22 * ἡμᾶς οὖν παιδεύων, σοῦ ἐχθροὺς ἡμῶν ἐν μυριότητι μαστιγοῖς, ἵνα σου τὴν ἀγαθότητα μεριμνῶμεν κρίνοντες, κεκμήκοντες ὑπὸ τοῦ ἐλέου.

23 * ὅθεν καὶ σοῦ ἐν ἀφροσύνῃ ζωῆς βιώσαντας ἀδίκως, διὰ τῶν ἰδίων ἐβασάνισας ἐδελυγμάτων.

24 * καὶ γὰρ τῶν πλάνης ὁδῶν μακρότερον ἐπλανήθησαν, θεοὺς ὑπολαμβάνοντες τὰ καὶ ἐν ζώοις τῶν ἐχθρῶν ἄτιμα, νηπίων δίκην ἀφρόνων ψευστούς.

25 * διὰ τοῦτο ὡς παισὶν ἀλογίστοις τὴν κρίσιν εἰς ἐμπαιγμὸν ἐπέμψας.

26 * ὧ οὐ παιγνίοις ἐπιτιμήσεως μὴ νηφθέντες, ἀξίων θεοῦ κρίσιν πείσεσθε.

27 * ἐφ' οἷς γὰρ αὐτοὶ πάσχοντες ἠγανάκτουν, ἐπὶ τούτοις ὃς ἐδόκουν θεούς, ἐν αὐτοῖς κολαζόμενοι ἰδόντες οὐ πάλαι ἠρνοῦντο εἰδέναι, θεὸν ἐπέγνωσαν ἀληθῆ· διὸ καὶ τὸ τέρμα τῆς καταδίκης ἐπ' αὐτοὺς ἐπῆλθε.

ιγ'.

1 * Μάταιοι μὲν γὰρ πάντες ἄνθρωποι φύσει, οἷς παρῆν θεοῦ ἀγνωσία, καὶ ἐκ τῶν ὁρωμένων ἀγαθῶν, οὐκ ἴσχυσαν εἰδέναι τὸν ὄντα, οὔτε τοῖς ἔργοις προσέχοντες ἐπέγνωσαν τὸν τεχνίτην.

2 * ἀλλ' ἢ πῦρ, ἢ πνεῦμα, ἢ ταχινὸν α�έρα, ἢ κύκλον ἄστρων, ἢ βίαιον ὕδωρ, ἢ φωστῆρας οὐρανοῦ, πρυτάνεις κόσμου θεοὺς ὑνόμισαν.

3 * ὧν εἰ μὲν τῇ καλλονῇ τερπόμενοι, τοῦτα θεοὺς ὑπελάμβανον, γνώτωσαν πόσῳ τούτων ὁ δεσπότης ἐστὶ βελτίων, ὁ γὰρ τῆς κάλλους γενεσιάρχης ἔκτισεν αὐτά.

4 * εἰ δὲ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ ἐκπλαγῆτε, νοησάτωσαν ἀπ' αὐτῶν πόσῳ ὁ κατασκευάσας αὐτὰ δυνατώτερός ἐστιν.

21 * Cum quanta diligentia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramenta & cõuentiones dedisti bonarũ promissionũ. * Cùm ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, vt bonitatẽ tuam cogitemus iudicantes; & cùm de bonis iudicatur, speremus misericordiam tuã. * Vnde & illis qui in vita sua insensatè & iniustè vixerũt, per hæc q̃ coluerũt deditisti summa tormẽta. * Etenim in erroris via diutius errauerunt, deos æstimantes hæc quę in animabus sunt superuacua, infantium insensatorũ more viuẽtes. * Propter hoc tanquã pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. * Qui aũt ludibrijs & increpationibus nõ sunt correcti, dignũ Dei iudiciũ experti sunt. * In his enim quæ patiebãtur, molestè ferebãt, in quibus impatientes indignabantur. per hæc quos putabãt deos in ipsis, cùm exterminarentur vidẽtes illum, quem olim negabãt se nosse, verũ Deũ agnouerũt. propter quod & finis condemnationis eorum veniet super illos.

CAP. XIII.

1 VAni sunt aũt omnes homines, in quib⁹ nõ subest scientia Dei; & de his quæ nõ videntur bona, non potuerũt intelligere eum qui est; neque operibus attendẽtes agnouerunt, quis esset artifex. * Sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aërem, aut gyrũ stellarũ, aut nimiam aquam, aut Solem & Lunam rectores orbis terrarum, deos putauerũt.

3 * Quorum & si specie delectati deos putauerũt, sciant quanto his dominator eorum speciosior est. speciei enim generator hæc omnia constituit.

4 * Aut si virtutem & opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis; quoniam qui hæc fecit, fortior est illis.

5 * A magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horũ videri. 6 * Sed tamen adhuc in his minor est querela. & hi enim forsitan errant, Deum quærẽtes & volentes inuenire. 7 * Etenim cũ in operibus illius conuersentur, inquirunt & persuasum habent, quoniam bona sunt quæ videntur. 8 * Iterum autẽ nec his debet ignosci. 9 * Si enim tantum potuissent scire, vt possent æstimare seculum, quomodo huius dominũ non facilius inuenerunt? 10 * Infelices autẽ sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellauerũt deos opera manuũ hominum, aurum & argentũ, artis inuentionẽ, & similitudines animalium, aut lapidem inutilẽ opus manus antiquæ.

11 * Aut si quis artifex faber de fylua lignum rectum secuerit, & huius doctè eradat omnem corticem, & arte sua vsus, diligenter fabricet vas inutile in conuersationem vitæ;

12 * Reliquiis autem eius operis ad præparationem escæ abutatur; 13 * Et reliquum horum quod ad nullos vsus facit, lignum curuum & verticibus plenum sculpat diligenter per vacuitatem suam, & per scientiam suam artis figuret illud, & assimilet illud imagini hominis.

14 * Aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculam quæ in illo est, perliniens.

15 * Et faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro;

16 * Ne fortè cadat prospiciens illi, sciens quoniam non potest adiuuare se. imago enim est, & opus est illi adiutorium.

17 * Et de substantia sua & de filiis suis, & de nuptiis votum faciens, inquirit.

5 * ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς καὶ κτισμάτων, ἀναλόγως ὁ γενεσιάρχης αὐτῶν θεωρεῖται.

6 * ἀλλ' ὅμως ἐπὶ τούτοις μέμψις ἐστὶν ὀλίγη· καὶ γὰρ αὐτοὶ τάχα πλανῶνται θεὸν ζητοῦντες καὶ θέλοντες εὑρεῖν.

7 * ἐν γὰρ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ διατρίβοντες ἐρευνῶσι, καὶ πείθονται τῇ ὄψει, ὅτι καλὰ τὰ βλεπόμενα.

8 * πάλιν δὲ οὐδ' αὐτοῖς συγνωστέον.

9 * εἰ γὰρ τοσοῦτον ἴσχυσαν εἰδέναι, ὥστε δυνῆσθαι στοχάσασθαι τὸν αἰῶνα, τὸν τούτων δεσπότην πῶς τάχιον οὐχ εὗρον;

10 * Ταλαίπωροι δὲ καὶ ἐν νεκροῖς αἱ ἐλπίδες αὐτῶν, οἵτινες ἐκάλεσαν θεοὺς ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων, χρυσὸν καὶ ἄργυρον τέχνης ἐμμελέτημα καὶ ἀπεικάσματα ζώων, ἢ λίθον ἄχρηστον χειρὸς ἔργον ἀρχαίας.

11 * εἰ δέ καί τις ὑλοτόμος τέκτων εὐήκτου φυὴν ἐπιτρέψας, περιέξεσεν δύμαθος πᾶσαν τὸν φλοιὸν αὐτοῦ, καὶ τεχνησάμενος εὐπρεπῶς κατεσκεύασε χρήσιμον σκεῦος εἰς ὑπηρεσίαν ζωῆς.

12 * τὰ δὲ ἀποβλήματα τῆς ἐργασίας εἰς ἑτοιμασίαν τροφῆς ἀνάλωσας ἐνεπλήσθη.

13 * τὸ δὲ ἐξ ὧτων ἀποβλημα εἰς ὠθὸν εὔχρηστον ξύλον σκολιόν, καὶ ὄζοις συμπτωτικόν, λαβὼν ἔγλυψεν ἐν ἐπιμελείᾳ ἀργίας αὐτοῦ, καὶ ἐμπειρίᾳ σοφίσεως ἐτύπωσεν αὐτό, ἀπείκασεν αὐτὸ εἰκόνι ἀνθρώπου.

14 * ἢ ζῴῳ τινὶ ἀτελεῖ ὁμοίωσεν αὐτό, καταχρίσας μίλτῳ καὶ φύκει ἐρυθρίωσας χροιὰν αὐτοῦ, καὶ πᾶσαν κηλίδα τὴν ἐν αὐτῷ καταχρίσας.

15 * καὶ ποιήσας αὐτῷ αὐτοῦ ἄξιον οἴκημα, ἐν τοίχῳ ἔθηκεν αὐτὸ ἀσφαλισάμενος σιδήρῳ·

16 * ἵνα μὴ ἓν μὴ καταπέσῃ προνόησεν αὐτοῦ, εἰδὼς ὅτι ἀδυνατεῖ ἑαυτῷ βοηθῆσαι· καὶ γάρ ἐστιν εἰκὼν καὶ χρείαν ἔχει βοηθείας.

17 * περὶ δὲ κτημάτων καὶ γάμων αὐτοῦ καὶ τέκνων προσδυχόμενος,

5 * *Ab enim magnitudine et specie, & creaturis, per analogiam generator illorum conspicitur.* * *Sed tamen in his querela est parua: & enim illi fortè errant Deum quærentes & volentes inuenire.* 7 * *In enim operibus illius conuersantes scrutantur, & persuasum habent aspectu, quoniam bona quæ videtur:* 8 * *Iterum autem neque illi venia digni.* 9 * *Si enim tantum potuerunt scire, vt possent æstimare seculum, horũ dominum quomodo citius nõ* 10 *inuenerunt?* * *Infelices autẽ & inter mortuos spes eorũ, qui appellauerunt deos opera manuum hominũ, aurum & argentum, artis meditationes & similitudines animalium, aut lapidẽ inutilem* 11 *manus opus antiquæ.* * *Si autem & aliquis lignator faber rectam arborem cùm secuerit, circumrasit doctè omnem corticem eius, & arte vsus decore præparauit vtile vas in ministerium vitæ:*

12 * *At reliquias operis in præparationẽ escæ expendens* 13 *satiatus est.* * *Quod autem ex illis abijcitur ad nihil vtile lignum curuum, & ramis natura plenũ, accipiens sculpsit in diligentia ocij sui, & experientia intellectus figurauit illud, assimilauit illud* 14 *imagini hominis.* * *Aut animali cuipiam vili similem fecit illud, deliniens rubrica et fuco rubricum faciens colorẽ illius, & omnem maculã quæ* 15 *in eo, perliniens.* * *Et cùm fecerit ei ipso dignam habitationem, in pariete posuit illud confirmans ferro.*

16 * *Vt quidem non decideret prouidit illi, sciens quòd non potest se adiuuare: & enim est imago, & necessitatem habet adiutorij.*

17 * *Pro autem possessionibus & nuptijs suis, & filiorum orans;*

* *Non erubescit inanimatum alloqui, & pro quidem sanitate infirmum inuocat, pro autem vita mortuum rogat, pro aüt auxilio inexpertissimo supplicat.* * *Pro aüt itinere, neque gressu vti potenti, pro autem acquisitione & operatione & manuum euentu, ab ignauissimo manibus bonum euentum petit.*

CAP. XIIII.

AD nauigandū quispiam iterum paratus, & feros pertrāsiturus fluctus, ferente se naue putridius lignū inuocat.

* *Illud quidem enim cupiditas lucrorum excogitauit, artifex autē sapientia fabricauit.*

* *At tua pater gubernat prouidentia, quoniam dedisti & in mari viam & in fluctibus semitam securam.*

* *Ostendens quòd potes ex omni saluare, vt et si sine arte aliquis ascendat.* * *Vis autem non otiosa esse sapientiæ tuæ opera, propter hoc & minimo ligno credunt homines animas, & qui transierunt tempestatē rate liberati sunt.*

* *Et in initio enim cū perirent superbi gigantes, spes mundi ad ratem confugiens, reliquit seculo semen natiuitatis tua gubernata manu.*

* *Benedictum est enim lignum per quod fit iustitia.*

* *At manu factum maledictū illud & qui fecit illud: quia hic quidem operatus est, illud autē corruptibile Deus nominatum est.* * *Similiter odiosa Deo & impius & impietas eius.* * *Etenim quod factū est cum eo qui fecit tormenta patietur.*

* *Propter hoc & in idolis nationum visitatio erit, quoniam in creatura Dei in abominationem facti sunt, & in scandala animabus hominum, & in laqueum pedibus insipientium.*

* ἀλλ' αἰχμὴν τῷ ἀψύχῳ προσκαλεῖται· καὶ περὶ μὲν ὑγιείας τὰ ἀσθενῆ ἐπικαλεῖται· περὶ δὲ ζωῆς τὸ νεκρὸν αἰτεῖ, περὶ δὲ ἐπιτηρίας τὰ ἀπειρότατον ἱκετεύει.

* περὶ δὲ ὁδοιπορείας, τὸ μὴ δυάμενον βαδίζειν ἀναπεμπόμενον, περὶ δὲ πορισμοῦ καὶ ἐργασίας καὶ χειρῶν ἐπιτυχίας, τὸν ἀδρανέστατον τοῖς χερσὶν αἰτεῖται.

ιδ'.

* Πλοῦν τις πάλιν στελλόμενος, καὶ ἄγρια μέλλων διοδεύειν κύματα, τοῦ φέροντος αὐτὴν πλοίου σαθρότερον ξύλον ἐπιβοᾶται.

* ἐκεῖνο μὲν γὰρ ὄρεξις πορισμοῦ ἐπενόησε, τεχνίτις δὲ σοφία κατεσκεύασεν.

* σὴ δὲ πάτερ διακυβερνᾷ πρόνοια, ὅτι ἔδωκας καὶ ἐν θαλάσσῃ ὁδὸν καὶ ἐν κύμασι τρίβον ἀσφαλῆ·

* δεικνὺς ὅτι δυνάσαι ἐκ πάντων σώζειν, ἵνα κἂν ἄνευ τέχνης τις ἐπιβῇ.

* θέλεις δὲ μὴ ἔργα εἶναι τὰ τῆς σοφίας σου ἔργα· διὰ τοῦτο καὶ ἐλαχίστῳ ξύλῳ πιστεύσαντι ἀνθρώποι ψυχάς, καὶ διελθόντες κλύδωνα σχεδίᾳ διεσώθησαν.

* καὶ ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀπολλυμένων ὑπερηφάνων γιγάντων, ἡ ἐλπὶς τοῦ κόσμου ἐπὶ σχεδίας καταφυγοῦσα, ἀπέλιπεν αἰῶνι σπέρμα γενέσεως τῇ σῇ κυβερνηθεῖσα χειρί.

* δύλῳ μὲν γὰρ ξύλον δίκῃ δὲ γενεᾷ δικαιοσύνη.

* τὸ δὲ χειροποίητον ἐπικατάρατον αὐτὸ καὶ ὁ ποιήσας αὐτό· ὅτι ὁ μὲν εἰργάζετο, τὸ δὲ φθαρτὸν θεὸς ὠνομάσθη.

* ἐν ἴσῳ μισητὰ θεῷ καὶ ὁ ἀσεβῶν καὶ ἡ ἀσέβεια αὐτοῦ.

* καὶ γὰρ τὸ πραχθὲν σὺν τῷ δράσαντι κολασθήσεται.

* διὰ τοῦτο καὶ ἐν εἰδώλοις ἐθνῶν ἐπισκοπὴ ἔσται, ὅτι ἐν κτίσματι θεοῦ εἰς βδέλυγμα ἐγενήθησαν καὶ εἰς σκάνδαλα ψυχαῖς ἀνθρώπων καὶ εἰς παγίδα ποσὶν ἀφρόνων.

* Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est, & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuū, & in adiutoriū inutilē inuocat. * Et pro itinere petit ab eo, qui ambulare non potest, & de acquirendo & de operando, & de omnium rerū euentu petit ab eo, qui in omnibus est inutilis.

CAP. XIIII.

ITerum alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens ligno portāte se, fragilius lignum inuocat. * Illud enim cupiditas acquirendi excogitauit, & artifex sapientia fabricauit sua.

* Tua autem pater prouidentia ab initio cuncta gubernat, quoniam dedisti in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimā: * Ostendens, quoniam potens es ex omnibus sanare, etiam si sine rate aliquis adeat mare.

* Sed vt non esset vacua sapiētiæ tuæ opera, propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas suas, & transeuntes mare per ratem liberati sunt.

* Sed & ab initio cùm perirent superbi gigantes, spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit seculo semen natiuitatis, quæ manu tua erat gubernata.

* Benedictum est enim lignum, per quod fit iustitia.

* Per manus autem quod fit idōlum, maledictum est & ipsum, & qui fecit illud, quia ille quidē operatus est, illud autē cùm esset fragile, Deus cognominatus est. * Similiter autem odio sunt Deo impius & impietas eius. * Etenim quod factū est cū illo, qui fecit tormēta, patietur. * Propter hoc & in idólis nationū non erit respectus, quoniam creaturę Dei in odiū factę sunt, & in tentationē animæ hominū, & in muscipulam pedibus insipientiū.

* Initiū enim fornicationis est exquisitio idolorū, & adinuentio illorum corruptio vitæ est.

* Neq; enim erant ab initio, neq; erunt in perpetuū. * Superuacuitas enim hominum nec adinuenit in orbē terrarū; & ideò breuis illorum finis est inuētus. * Acerbo enim luctu dolens pater rapti citò sibi filij, fecit imaginē; & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquā Deum colere cœpit, & cōstituit inter seruos suos sacra & sacrificia. * Deinde interueniente tēpore, conualescente antiqua consuetudine, hic error tanquā lex custodit' est, & tyrānorū imperio colebātur figmēta. * Et hos quos in palam homines honorare nō poterāt, propter hoc q̄ longè essent, à lōginquo figura eorum allata euidentē imaginē regis, quem honorare volebāt, fecerūt, vt illū, qui aberat, tanquā præsentē colerent sua solicitudine. * Prouexit autem ad horū cultura, & hos qui ignorabāt, artificis eximia diligentia. * Ille enim volens plus placere illi, qui se assumpsit, elaborauit arte sua, vt similitudinem in melius figuraret. * Multitudo autem hominum abducta per speciem operis, eum qui ante tēpus tāquam homo honoratus fuerat, nunc Deum æstimauerūt. * Et hæc fuit vitę humanę deceptio, quoniā aut affectui aut regibus deseruiētes homines, incōmunicabile nomē lapidibus & lignis imposuerūt. * Et non sufficerat errasse eos circa Dei sciētiā, sed & in magno viuētes insciētię bello, tot & tā magna mala pacem appellant.

* Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insaniæ plenas vigilias habentes, * Neque vitam, neque nuptias mundas iam custodiunt, sed & alius alium per inuidiam occidit, aut adulterans contristat.

* ἀρχὴ γὰρ πορνείας ἐπίνοια εἰδώλων, εὕρεσις δὲ αὐτῶν φθορὰ ζωῆς.

* οὔτε γὰρ ἦν ἀπ' ἀρχῆς οὔτε εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται.

* κενοδοξίᾳ γὰρ ἀνθρώπων εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ διὰ τοῦτο σύντομον αὐτοῦ τὸ τέλος ἐπενοήθη.

* ἀώρῳ γὰρ πένθει τυχόμενος πατὴρ ἁρπαγέντος τέκνου, εἰκόνα ποιήσας τὸν τότε νεκρὸν ἄνθρωπον, νεῶς ὡς θεὸν ἐτίμησε, καὶ παρέδωκε τοῖς ὑποχειρίοις μυστήρια καὶ τελετάς.

* εἶτ' ἐν χρόνῳ κρατηθὲν τὸ ἀσεβὲς ἔθος ὡς νόμος ἐφυλάχθη, καὶ τυράννων ἐπικελεύσει ἐθρησκεύετο τὰ γλυπτά.

* ὃς ἐν ὄψει μὴ δυαμένοις πόρρωθεν ὄψιν ἀπαρτύσασθαι ἐμφανῆ εἰκόνα τοῦ βασιλέως ἐποίησαν, ἵνα τὸν ἀπόντα ὡς παρόντα κολακεύσωσι διὰ τῆς ἀσπίδος. * εἰς ἅπασαν δὲ θρησκείας καὶ οὐκ ἀγνοουμένους τὸ τῆς τεχνίτου προεχώρησε φιλοτιμία.

* ὁ μὲν γὰρ τάχα τῷ κεκτωμένῳ βουλόμενος ἀρέσαι, ἐξεβιάσατο τῇ τέχνῃ τὴν ὁμοιότητα ἐπὶ τὸ κάλλιον.

* τὸ δὲ πλῆθος ἑλκόμενον διὰ τὸ θέλγεσθαι τὴν ἡδονὴν τῷ μὴ εἰδότι ἐν οὐδενὶ λογισθῆναι.

* καὶ τοῦτο ἐγένετο τῷ βίῳ εἰς ἔνεδρον· ὅτι ἢ συμφορὰ ἢ τυραννίδι δουλεύσαντες ἀνθρωποι τὸ ἀκοινώνητον ὄνομα λίθοις καὶ ξύλοις περιέθηκαν.

* εἶτ' οὐκ ἤρκεσε τὴν πλάνην περὶ τὴν τοῦ θεοῦ γνῶσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν μεγάλῃ ζώντες ἀγνοίας πολέμῳ, τὰ τοσαῦτα κακὰ εἰρήνην προσαγορεύουσιν.

* ἢ γὰρ τεκνοφόνους τελετὰς, ἢ κρύφια μυστήρια, ἢ ἐμμανεῖς ἐξ ἀλλοτρίων θεσμῶν κώμους ἄγοντες·

* οὔτε βίοις οὔτε γάμοις ἔτι καθαροῖς φυλάσσουσιν, ἕτερος δὲ ἕτερον ἢ λοχᾷ δύναται, ἢ νοθεύων ὀδυνᾷ.

* Initium enim fornicationis excogitatio idolorum, inuentio autem illorum corruptio vitæ. * Neque enim erant ab initio, neque in perpetuum erunt. * Vana gloria enim hominū ingressa est in mundum, & ideo breuis illorum finis excogitatus est.

* Intempestiuo enim luctu vexatus pater citò rapti filij imaginē faciens tunc mortuum hominē, nunc vt Deum coluit, & tradidit subditis mysteria & sacrificia.

* Deinde in tempore quæ inualuerat impia consuetudo tanquam lex custodita est, et tyrannorum imperijs colebantur sculpta.

* Quos in conspectu non potentes honorare homines eò quòd longè habitarent, à longè conspectum figurantes manifestam imaginem honorati regis fecerunt, vt absenti tanquam præsenti assentarentur per solicitudinem.

* In extensionem autem cultus & ignorantes artificis adhortata est ambitio.

* Ille enim fortè dominanti volens placere, elaborauit arte similitudinem in melius.

* At multitudo attracta per speciem operis eum qui paulò antè honoratus fuerat homo, nunc numen æstimauerunt. * Et hoc fuit vitæ in insidias, quoniam aut calamitati aut tyrānidi seruientes homines incommunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt. * Posteaquàm sufficerat errasse circa Dei scientiā, sed et in magno viuentes insciticæ bello, tanta mala pacem appellant. * Aut enim filiorum occisiua sacrificia, aut occulta mysteria, aut insanas ex alijs legibus comessationes agentes: * Neq; vitas neque nuptias amplius mundas custodiunt, alter autē alterum aut insidians occidit, aut adulterans contristat.

*Omnia autem mixtè habet sanguis et cædes, furtum & dolus, corruptio, infidelitas, turbatio, periurium, tumultus bonorum.

*Gratiæ immemoratio, animarum inquinatio, natiuitatis mutatio, nuptiarum inordinatio, mœchia & impudicitia.

*Nam innominatorum idolorum cultura omnis initium mali & causa & finis est.

*Aut enim dum lætantur, insaniunt, aut vaticinantur falsa, aut viuunt iniustè, aut peierant citò.

*Inanimatis enim confidentes idolis malè iurantes, læsi non expectant.

*Vtraque autem eos complectentur iusta, quoniã malè senserunt de Deo attendentes idolis, & iniustè iurauerunt in dolo contemnentes iustitiam.

*Non enim iurantiũ virtus, sed peccãtium pœna perambulat semper iniustorum transgressionem.

CAP. XV.

TV autẽ Deus noster vtilis & verus, patiens & in misericordia disponens omnia.

*Etenim si peccauerimus, tui sumus sciẽtes tuam potentiam; non peccabimus aũt, scientes, quoniam apud te computati sumus. *Nam scire te, consummata iustitia; & nosse tuam virtutem, radix immortalitatis. *Neque enim decepit nos hominũ malæ artis excogitatio, neq; vmbra picturarum, labor sine fructu, species maculata coloribus varijs. *Quorum aspectus stultis in concupiscentiam venit, desiderátque mortuæ imaginis formã sine anima. *Malorum amatores digníque talium expectationum, & facientes et desiderantes & colentes.

25 *παντα δὲ ϑπιμιξ ἔχει αἷμα καὶ φόνϕ, κλοπὴ καὶ δόλϕ, φθορά, ἀπιςία, ταραχϕ, ϑπορκία, ϑόρυβϕ ἀγαθῶν·

26 *χαρίτος ἀμνησία, ψυχῶν μιασμός, γενέσεως ἀναλλαγή, γάμων ἀταξία, μοιχεία & ἀσέλγεια.

27 *ἡ γὰρ τῶν ἀνωνύμων εἰδώλων ϑρησκεία πασῶν ἀρχὴ κακοῦ & αἰτία & πέρας ἐστίν.

28 *ἢ γὰρ εὐφραινόμενοι μεμιήνασιν, ἢ προφητεύσασι ψευδῆ, ἢ ζῶσιν ἀδίκως, ἢ ἐπιορκοῦσι ταχέως.

29 *ἀψύχοις γὰρ πεποιθότες εἰδώλοις κακῶς ὀμόσαντες, ἀδικηθεῖαι οὐ προσδέχονται.

30 *ἀμφοτέρα γὰρ αὐτὰς μετελεύσεται τὰ δίκαια· ὅτι κακῶς ἐφρόνησαν περὶ ϑεοῦ προσέχοντες εἰδώλοις, & ἀδίκως ὤμοσαν ἐν δόλῳ καταφρονήσαντες ὁσιότητος.

31 *οὐ γὰρ ἡ τῶν ὀμνυομένων δυνάμις, ἀλλ' ἡ τῶν ἁμαρτανόντων δίκη ἐπεξέρχεται ἀεὶ τοῦ τῶν ἀδίκων παραβάσιν.

ιε'.

1 *Σὺ δὲ ὁ ϑεὸς ἡμῶν χρηστὸς καὶ ἀληϑής, μακρόθυμος καὶ ἐν ἐλέει διοικῶν τὰ πάντα.

2 *καὶ γὰρ ἐὰν ἁμαρτωμεν, σοί ἐσμεν εἰδότες σου τὸ κράτος· οὐκ ἁμαρτησόμεθα δέ, εἰδότες ὅτι σοι λελογίσμεθα.

3 *τὸ γὰρ ϑπίστασθαί σε ὁλόκληρος δικαιοσύνη, καὶ εἰδέναι σου τὸ κράτος ῥίζα ἀθανασίας.

4 *οὔτε γὰρ ἐπλάνησεν ἡμᾶς ἀνϑρώπων κακότεχνος ϑπόνοια, οὔτε σκιὰ γραφῆς, πόνος ἄκαρπος, εἰδωλοποιὸν χρώμασι διπλασιασμένοις.

5 *ὧν ὄψις ἄφρονι εἰς ὄρεξιν ἔρχεται, ποθεῖ τε νεκροῦ εἰκόνα εἰδωλον ἄπνουν.

6 *κακῶν ἐρασαὶ ἄξιοί τε τοιούτων ἐλπίδων, καὶ οἱ ποιοῦντες καὶ οἱ ϑαυμάζοντες καὶ οἱ σεβόμενοι.

25 *Et omnia commista sunt, sanguis, homicidium, furtũ, & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & periurium, tumultus bonorum,

26 *Dei immemoratio, animarum inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarum inconstãtia, inordinatio mœchiæ & impudicitiæ.

27 *Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali causa est, & initium & finis.

28 *Aut enim dum lætantur, insaniunt, aut certè vaticinãtur falsa, aut viuunt iniustè, aut periurant citò.

29 *Dum enim confidunt in idólis, quæ sunt sine anima, malè iurantes noceri se non sperant.

30 *Vtraque ergo illis euenient dignè, quoniam malè senserunt de Deo, attendentes idólis, & iurauerunt iniustè in dolo contemnẽtes iustitiã.

31 *Non enim iurantium est virtus, sed peccantium pœna perambulat semper iniustorũ prævaricationem.

CAP. XV.

1 TV autem Deus noster, suauis & verus es, patiens, & in misericordia disponens o-
2 mnia. *Etenim si peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: & si nó peccauerimus, scimus quoniam apud te sumus com-
3 putati. *Nosse enim te, consummata iustitia est; & scire iustitiam & virtutem tuam, radix est immortalitatis. *Non enim in er-
4 rorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec vmbra picturę, labor sine fructu, effigies sculpta per varios
5 colores: *Cuius aspectus dat insensato concupiscentiã, & diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima.
6 *Malorum amatores, digni sunt morte, qui spem habẽt in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt.

*Sed & figulus mollem terram premens, laborioſè fingit ad vſus noſtros vnumquodq; vas, & de eodem luto fingit
Ecclus. 33. quæ munda ſunt in vſum vaſa, & ſimiliter quæ his ſunt contraria. horum autem vaſorum quis ſit vſus, iudex eſt figulus.

*Et cum labore vano Deũ fingit de eodem luto, ille qui paulò antè de terra factus fuerat, & poſt puſillum reducit ſe vnde acceptus eſt, repetitus animæ debitum quem habebat.

*Sed cura eſt illi, non quia laboraturus eſt, nec quoniam breuis illi vita eſt; ſed concertatur aurificibus & argentariis, ſed & ærarios imitatur, & gloriam præfert, quoniam res ſuperuacuas fingit.

